

16-6-7

A  
12  
157



B. BRISONII

IC, ET IN

Don Gaspar de E. Frema  
Don Gaspar de E. Frema

Decorative flourishes and calligraphic elements, including a large 'C' and several intricate scrollwork designs.

R. 9975  
*De Don Gaspar Carlos de Esborna et Navarra*

B. BRISSONII

I. C. ET IN SVPRE-

MA PARISIENSI CVRIA


ADVOCATI, DE RITV NVPTIA-

RVM LIBER SINGVLARIS.

EIVSDEM DE IVRE CONV BIO-

RVM LIBER ALTER.

*Ad Amplissimum Clarissimūque Virum Michaëlem Hospitalium  
summum Gallie Cancellarium.*



PARISIIS,  
In Ædibus Rouillij via Iacobæa, sub signo Concordiæ.

1564.  
Cum Priuilegio Regis.



2 71822157

PRIVILEGII REGIS SENTENTIA.

CAROLI IX. Francorum Regis Christianissimi atque Augustissimi priuata lege sancitum est, ne quis Typographus imprimere, neu quis bibliopola diuēdere hos B. Briffonij I.C. & in suprema Parisiensi curia aduocati libros duos, quorum prior de Ritu nuptiarum, alter de Iure conubiorum inscribitur, audeat ante septēnium à die huius primæ editionis numerandū, absque Philippi Galteri Rouilij consensu. Qui secus faxit, poenis ex sanctione legis, quam literæ pleniores ab eius maiestate impetratæ continent, multabitur.



AMPLISS. INTEGERRIMO-  
QUE VIRO D. MICHAELI HOSPITALIO  
summo Gallix Cancellario.  
B. Briffonius. S.

\* \* \*




*V* primū commendatione tua aditus mihi ad Margariæ Illustrissimæ Allobrogum Biturigūque Ducis gratiam datus est, duos hosce qui nunc demum in lucem prodeunt, libros cōscribere, gratiq; ac memoris animi testificandi causa tibi inscribere institui. Tām præclarū enim tū mihi apud eā tui de me iudicij

testimoniū dedisti, vt eius beneficiū memoriā sanctè ac religiosè colere, & crebris sermombus vsurpare parū esse censuerim, nisi præterea eius quoq; monumentū aliquod, ære, vt ille ait, perrennius, in vulgus emanaret. Verūm quæ sint deinde consecuta tempora, silentio præterire, quàm tristi & acerba recordatione persequi malo. In nostris certè verè Gallicis tumultibus quorū communis concordix causa voluntaria obliuione conterendas iniurias te auctore boni omnes ducunt, vt manum ad scribendum adferrem, imperare quidem mihi potui, vt animi alacritatem adferrem, non potui. Ita factum est, vt iamdiu debitum, sed varietate temporum interruptum officium tibi tardius redda-

\* ij

*tur. Nec idcirco tamen, vel grauiſimarum uſurarum, quæ propter moram debitoribus infligi ſolent, pœnam recuſo. Interuſurium enim aliorum librorum acceſſione propediem ſarciturum me his apud te non epiſtolæ, ſed chirographi vim habituris literis, recipio.*

*Vale. Pariſiſ. Calend. Mart. M. D. LXIII.*



LOCI AVCTORVM IN HIS LIBRIS emendati.

A	Puleij.	49. A.	Litij.	61. B.
	B. Auguſtini.	34. B.	Martiani Capellæ.	25. A.
	Boetij.	12. A.	Mofchopuli.	9. B.
	Ciceronis ex Topic.	11. A.	Pauli Diaconi.	63. 65. B.
	Claudiani.	55. A.	Pauli I. C.	21. A.
	Diony. Alicarnaſſei.	41. A. 61. 63. B.	Petronij Arbitri.	28. B.
	Fulgentij.	39. A.	Plutarchi.	27. 28. 42. 44. A.
	Helſychij.	59. & 60. B.	Seruij.	13. 52. A.
	Iuliani Parritij.	43. B.	Sex. Ruffi.	39. A.
	Laſtantij.	54. A.	Suidæ.	42. A.
			Varronis.	33. 47. A.

AVCTORVM QVI IN HIS LIBRIS TESTES citantur, vel quorum loci exponuntur, Index.

A		
A	Emilij Probi loci.	19. 55. B.
	Ambroſij.	30. 35. A. 64. B.
	Apuleij.	3. 6. 14. 18. 28. 30. 36. 39. 48. 49. 54. 56. A. 8. 31. B.
	Ariſtotelis.	4. 31. B.
	Arnobij.	2. 7. 8. 9. 24. 25. 29. 43. 54. A. 19. 25. B.
	Aſconij.	8. A. 24. B.
	Auctoris priapeor.	55. A. 26. B.
	Auguſtini.	28. 38. 54. A. 34. 65. A. 34. 65. A. 18. 32. 33. 65. B.
	Auſonij.	47. 53. 56. A.
B		
B	Oetij.	7. 11. 12. 14. 15. 16. A. 6. B.
C		
C	Aij Inſtitutionum.	66. B.
	Capitolini.	20. A.
	Catonis.	35. A.
	Catulli.	24. 25. 35. 41. 44. 51. 52. 55. A.
	Cenſorini.	21. A.
	Charifij.	34. A.
	Ciceronis.	6. 7. 11. 13. 14. 15. 16. 20. 34. 43. 45. 47. 48. 54. 56. A. 32. 53. B.
	Collumellæ.	54. A.
	Constantini Harmenopuli.	22. B.
	Cornelij Taciti.	10. 22. 29. 32. 56. A. 21. 29. B.
D		
D	Iomedis.	17. B.
	Dionis Chryſoſto.	26. A.
	Dionis.	14. A. 3. 20. 22. 25. 52. 55. B.
	Dionyſij Alicarnaſſei.	7. 17. 28. 31. 41. 46. A. 7. 31. B.



**E** Vfebij. <sup>E</sup> 49. A. 25. B.  
**F** Lori. <sup>F</sup> 32. B.  
**G** Ellij. 1. 3. 11. 13. 19. 20. 21. 48.  
<sup>G</sup> 56. A. 14. B.  
**H** erodiani. <sup>H</sup> 55. B.  
 Hefychij. 45. 50. A. 25. B.  
 Hieronymi. 53. 55. A. 25. B.  
 Horatij. 8. 9. 18. 28. 53. 56. A. 8.  
 24. 26. B.  
**I**  
**I** Sidori. 3. 12. 28. 43. 44. 52. A. 25.  
 26. B.  
 Iuuenalis. 2. 3. 22. 30. 31. 41. 42.  
 47. A. 9. 18. 27. 28. B.  
**L**  
**L** Astantij. 37. A. 25. 31. B.  
 Lápridij. 55. A. 26. 29. 78. B.  
 Larini Pacati. 42. A.  
 Liuij. 14. 16. 37. 49. A. 6. 7. 17.  
 18. 29. 61. B.  
 Lucani. 22. 24. 31. 35. 43. 44. A.  
**M**  
**M** Acrobij. 3. 5. 6. 19. 21. 27.  
 28. 41. 53. 56. A. 4. 6. 18. B.  
 Marcellini Hermogenis in-  
 interpretis. 44. B.  
 Martialis. 9. 29. 30. 49. A. 25. 26  
 27. B.  
 Martiani Felicis. 24. 30. 31. 39.  
 43. 53. A. 34. B.  
**N**  
**N** Onij Marcelli. 12. 23. 25. 29.  
 41. 46. 53. A. 28. B.

**O** Vidij. 5. 6. 8. 9. 24. 25. 26.  
 28. 33. 34. 38. 43. 36. A. 74. B.  
**P**  
**P** Auli Sententiarum. 71. B.  
 Paridis. 40. 42. A.  
 Perfij. 52. A.  
 Petronij Arbitri. 25. 28. B.  
 Philonis Iudæi. 53. B.  
 Plauti. 1. 2. 19. 20. 22. 28. 31. 32. 34.  
 45. 47. A. 25. 29. 31. 32. B.  
 Plinij. 33. A. 32. 78. B.  
 Plinij Cæcilij. 16. 56. B.  
 Plutarchi. 5. 8. 14. 17. 22. 23. 24.  
 26. 27. 32. 35. 37. 40. 41. 42. 43.  
 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. A.  
 4. 6. 10. 32. 55. B.  
 Pollucis. 26. 36. 56. A.  
 Prisciani. 56. A.  
 Prudentij. 6. 26. 76. 77. B.  
**Q**  
**Q** uintiliani. 21. 30. 43  
 48. A. 20. 21. 43. B.  
**R**  
**R** Vtilij Numatiani. 42. A.  
**S**  
**S** Allustij. 52. B.  
 Senecæ philosophi. 52. A. 6.  
 12. 18. 25. 26. 27. B.  
 Senecæ pœtæ. 10. 23. 30. 33.  
 34. 53. A. 56. 57. B.  
 Seruij Grammatici. 2. 8. 9. 10.  
 12. 13. 18. 22. 26. 28. 32. 33. 41.  
 43. 44. 45. 49. 50. 51. 52. 53. A.  
 28. B.  
 Sexti Pompeij. 1. 5. 8. 25. 28. 29.  
 31. 32. 33. 37. 40. 43. 45. 46. 49.  
 50. 55. 56. A. 28. B.

Siliij Italici. 35. 38. A. 29. B.  
 Solini. 32. B.  
 Spartiani. 17. 53. B.  
 Statij Papinij. 26. 35. 42. 46. A.  
 Suetonij. 23. 24. 47. 48. A. 20.  
 33. B.  
 Suidæ. 9. 26. 36. 45. A. 25. B.  
 Synelij. 36. A. 15. 16. B.  
**T**  
**T** erentij. 48. A. 23. 32. B.  
 Tertuliani. 3. 42. 55. A. 9.  
 24. 28. B.  
 Tranquilli. 4. A. 20. 17. 18. 19.

**V**  
**V** alerij Max. 8. 32. A. 17. 23.  
 24. 28. 32. B.  
 Valerij Flacci. 10. 35. 47. A.  
 Varronis. 10. 33. 38. 46. A.  
 Virgilij. 8. 9. 12. 26. 33. 34. 54. A.  
 Vlpiani fragment. 66. B.  
**X**  
**X** lphilini. 6. 25. 28. B.  
**Z**  
**Z** Onaræ. 4. A. 7. 22. B.

# INDEX RERVM NOTABILIVM

QUE IN HIS LIBRIS CONTINENTVR.

Litera autem A, liber de Ritu nupt. Litera

B, liber de Iure Conubior.

significatur.

\*\*\*

## A

**A** *αελφιδν.* 58.b.  
 Ægyptiorum moribusin  
 ter fratres & sorores coniu-  
 gialicita erant. 55.b.  
 Agrippina patruo nupfit.  
 57.b.  
 Amita matris loco colenda.  
 67.b.  
*Ανεμοι.* 64.b.  
 Aniani in breuiario Codice  
 Theod. conscribendo auda-  
 cia. 63. & 66.b.  
 Annus luctus. 75.b.  
 Antonius duas vxores simul  
 in matrimonio habuit. 73.b.  
 Antoninus Caracalla nouer-  
 cam duxit. 53.b.  
 Anulus olim quarto digito  
 gestabatur. 3.a.  
 Anulus ferreus sponsæ mitte-  
 batur. 3.a.  
 Anulus sponsalitijs. 3.a.  
 Anulorum aureorum ius. 1.b.  
 Aqua & igni cōiuges accipie-  
 bantur. 41. 46.a.  
 Artem ludicram exercentes  
 ignominiosi erant. 18. 19.b.  
 Artem ludicram facere qui-

nam intelligerentur. 17.b.  
 Atellanarum fabularum ori-  
 go. 17.b.  
 Atellanarum actores laudatif-  
 simi. 18.b.  
 Atellanarum actores infamia  
 minimè notabantur. 17.b.  
 Atheniensium mores à Ro-  
 manis diuersi. 55.b.  
 Auspices nuptiarum. 22.a.  
 Auctor mulierum. 14.a.

## B

**B** Oëtij lapsus. 11. 12.a.  
 Boëtio quantum tribuen-  
 dum sit. 11.a.

## C

**C** *Αδωλοι.* 41.a.  
*Κελαφος.* 50. 51.a.  
 Caligulæ cum sororibus ince-  
 stus. 55.b.  
 Capitis minutionis minimæ  
 exemplum. 13.A.  
 Cerei. 35.a.  
 Caia Cæcilia. 37. 40. 42.a.  
 Caij Seij & Lucij Titij nomi-  
 nibus exempli causa Iurecō-  
 sulti vtuntur. 42.a.  
 Camillus. 40. 41.a.  
 Caput bis repetitum in Co-  
 dice.

## INDEX.

dice. 72.b.  
 Cicero incestus cum filia infi-  
 mulatus. 52.b.  
 Cingulum nouæ nuptæ. 25.a.  
 Cinxia. 44.a.  
 Cinxia Iuno. 25.a.  
 Claudianum Sc. 5. & 33.b.  
 Clauces dabantur nubēribus.  
 45.a. adimebantur diuer-  
 tibus. ibidem.  
 Claudius Imp. fratris filiam  
 duxit. 57.b.  
 Codicis Theodosiani leges  
 ab Aniano interpolatæ. 65.  
 & 66.b.  
 Coemptio. 7. 11. 12.a.  
 Cœna nuptialis. 48.a.  
 Concubinæ ab vxoribus se-  
 paratæ. 20. 21.a.  
 Concubina an vxori adiungi  
 posset. 73.b.  
 Concubina an minor xii. an-  
 nis esse posset. 5.b.  
 Confarreatio. 7. 9. 10.a.  
 Conubium cum seruis non  
 erat. 5. b. nec cum peregri-  
 nis. 6. b. nec patribus cum  
 plebe ex xii. Tab. 7.b.  
 Conuentio in manum. 7. 16.a.  
 Crines matronales & mere-  
 tricij diuersi. 28. 29.b.  
 Cinnerum. 40.a.  
 Curitis Iuno. 24.a.  
*Κυριως* pro auctore. 14. & 15.a.  
**D** Amnata quænam intel-  
 ligantur. 21.b.  
 Distio dotis quemadmodū  
 fieret. 35.a.  
 Dies nuptiis contrahendis in  
 fausti. 5. 6. 7.a.  
 Dius fidius. 38. 39.a.  
 Diffarreatio. 10.a.  
 Domiducus. 28.a.  
 Domiduca. 44.a.  
 Domitianus cum fratris filia  
 rem habebat. 58.b.  
 Domitius Deus. 29.a.  
 Dos quando caduca fiat. 12.b.  
 Duas vxores simul habere  
 non licuit. 71.b.  
 Duodecimo anno Romæ  
 puellæ nuptum dabantur.  
 4.b.  
**E** Logium. 28.b.  
*Επαύλια.* 56.a.  
*ευγενης.* 22.b.  
 Exodia Atellanarum. 18.b.  
**F** Ar quid. 9.a.  
 Far sacrificiis omnibus o-  
 lim adhibitum. 8.a.  
 Faces nuptiales. 33. 34. 35.a.  
 Fœminæ citius pubescunt quā  
 mares. 4.b.  
 Feriis nubere virginibus non  
 licuit. 5.a.  
 Fescennini versus. 52. 53.a.  
 Filiorum appellatione nepo-  
 tes non continentur. 11.b.  
 Flammeum. 29. 30.a.  
 Flammeum nuptiale luteum  
 erat. 31.a.  
 Fratris viduam an ducere li-  
 cuerit. 61. 62.b.  
 ā

## G

**G**elenius notatur. 38.a. laudatur. 60.b.  
 Generandi vires quo anno finiantur. 31.b.  
 Genialis epula. 48.a.  
 Genialis lectus. 53.54.a.  
 Geniales redæ. 35.a.

## H

**H**asta summa armorum & imperij. 23.a.  
 Histriones legum beneficio indigni. 19.b.  
 Honori infelix cum duabus fororibus coniugium. 63.b.

## I

**I**mpar matrimonium. 33.b.  
 Imperitia quid significat. 49.b.  
 Incestum iure gentium committi quando intelligatur. 53.54.b.  
 Ingenuus quinam intelligatur. 23.b.  
 Iterduca. 44.a.  
 Iuga Iuno. 28.a.  
 Iugales redæ faces. 35.a.  
 Iugatiuus Deus. 28.a.  
 Iuglandes vnde dictæ. 58.a.  
 Iugum matrimoniis contrahendis imponi solitum. 28.a.  
 Iulianus Apostata consobrinam suam duxit. 64.b.  
 Iuno nuptiarum præses. 25.26.28.a.  
 Iussum pro voluntate. 68.b.

## L

**L**Anificis veteres matronæ precipuè deditæ. 43.a.  
 Lanis postes à nubentibus tangebantur. 43.a.  
 Lauro postes ornari lætitiæ testificandæ causa solebant. 42.a.  
 Lectus nubentium toga sterni solebat. 54.a.  
 Leges ab Augusto latæ. 7.b.  
 Legitima mulierum tutela. 15.a.  
 Lana quam accipiat. 23.b.  
 Lenones ciuitatum pestes. 23.24.b.  
 Lex Iulia de maritandis ordinibus à quo lata 8.b. eius capita. 9.31.35.b.  
 Liberis cum seruis conubium non erat. 5.b.  
 Libertian ab ingenuis adoptari possint. 14.15.b.  
 Libertinas ducere Senatoribus non licuit. 12.b.  
 Liuia ex Tyberio Nerone grauida Augusto nupsit. 76.b.  
 Liuia ex Augusto nihil liberorum sustulit. 78.b.  
 Liuiæ Augustus sine auctore res gerere indulsit. 14.a.  
 Luctus tempus. 75.b.  
 Ludouici Viuis erratū. 26.a.  
 Lupanaris vocabulum vnde dictum. 25.b.

## M

**M**Aius mensis nuptiis infautus. 5.a.  
 Manturna Dea. 29.a.  
 Μαράνεσθαι. 60.61.b.  
 Matresfamilias. 13.a.  
 Matrimoniorum contrahendorum genera. 7.a.  
 Matris & tutorum in pupilla collocanda discordia. 71.b.  
 Mensa Lex. 6.b.  
 Meretrices sub fornicibus prostabant. 24.25.b.  
 Meretrices in subura Romæ consistebant. 26.b.  
 Meretrices seruilis vel libertinæ, conditionis erant. 29.b.  
 Meretrices nomē edere apud Ædiles cogebantur. 28.b.  
 Meretrices nudæ prostabant. 28.b.  
 Meretricum quæstus vestigali obnoxius. 29.b.  
 Minor xij. annis ducta quando legitima vxor fieret. 45.b.  
 Mola falsa. 8.9.a.  
 Mulieres ad viros velatæ deducebantur. 29.a.  
 Mulieres in viri domum deducebantur. 31.32.a.  
 Mulieres nuptiis domicilium mutant. 32.a.  
 Mulieres quæ in manum conuenerant suorum heredum loco habitæ. 17.18.a.  
 Mulierum ad virum deductio nes noctu fiebant. 32.a.

Mulieres olim perpetua tutela continebantur. 14.a.  
 Mulieres ad quod vsque tempus pariant. 31.32.b.

## N

**N**Ανος. 45.a.  
 Nero octauiam per adoptionem sororē duxit. 56.b.  
 Nouercam ducere nū licuerit. 53.b.  
 Nuces in nuptiis iaci solitæ. 43.a.  
 Nuces in tutela Iouis erant. 52.a.  
 Nubentes asses tres ad maritum deferebant. 41.a.  
 Nubentium caput comebatur celibari hasta. 23.24.a.  
 Nubentibus clauis dabatur. 45.a.  
 Nubentes cingulo laneo cingebantur. 25.a.  
 Nubentes colum cum stamine & fuso in ædes maritorū inferebant. 37.a.  
 Nubentes corona redimi solebant. 24.a. & coronam ex verbenis sub amiculo ferre. 24.a.  
 Nubentes curru vehebantur. 36.a.  
 Nubentes limē calcare prohibebantur. 44.45.a.  
 Nubentes in lanata pelle statuebantur. 45.a.  
 Nubentes senis crinibus ornabantur. 23.a.  
 Nuptiarum solennia. 56.a.

Nubentes rapi simulabantur. 31.a.	Papyrij Prætextati prudens figmentum. 72.b.	
Nubentes velo caput tege- bant. 29.a.	Partunda Dea. 29.a.	
Nuptiarum contrahendarū ætas. 3.b.	Patris appellatio quando ad auum porrigatur. 16.b.	
Nuptialis cœna. 48.a.	Patronus quinam habeatur. 35.36.37.b.	
Nuptialia numerata. 56.a.	Peregrini cum Romanis co- nubium non habebant. 6.b.	
Nuptiis auspices adhibeban- tur. 22.23.a.	Pellex. 21.a.	
Nuptiæ captatis prius augu- riis fiebant. 22.a.	Petri Lucensis in Plutarchi versione errata. 26.a.64.b.	
Nuptiarum nomen vnde. 29.a.	Pimij far. 8.9.a.	
Nuptiæ olim noctu fiebant. 32.33.a.	Plebi cum patribus cur con- nubium nõ esset ex xij Tab. 7.b.	
Nuptiæ absque sacrificiis nõ fiebant. 10.a.	Plutarchi libri vera inscripto restituta. 23.a.	
Nubentes tunica recta induc- bantur. 24.a.	Prægnans vxor an duci pos- sit. 76.b.	
<b>O</b>		
<b>O</b> bsignatio tabularum nu- ptialium. 2.3.21.a.	Prema Dea. 29.a.	
<b>O</b> ἰκημα quid apud Græcos si- gnificat. 25.b.	Priapi effigies. 54.a.	
Octauia Augusti soror inter luctus tempus nupsit. 74. & 75.b.	Prosedæ meretrices vnde. 28.b.	
Octauia sorori Augustus sine auctore res gerere concessit. 14.a.	Prostibula quæ. 28.b.	
Octauia Neronis soror ea- demque cõiunx. 56. & 57.b.	<i>προτέλεια.</i> 26.a.59.b.	
<b>P</b>		
<b>P</b> alam quæstū facere quæ- nam intelligantur. 24.b.	<i>πρωτόλεια.</i> 60.b.	
Papiae legis auctor. 8.b.	Pubertatis tempora à legibus definita. 4.b.	
Papiae legis caput. 22.b.	Puellarum nuptiæ non æquè ac masculorum differri pos- sunt. 51.52.b.	
<b>Q</b>		
Quasillum. 50.a.		
<b>R</b>		
<b>R</b> epotia, 56.a.		
<b>R</b> estitutionis tempora. 47.b.		

Rusticitas in quibus causis ex- cusat. 48.52.b.	narum coniugia prohibuit. 64.b.	
<b>S</b>		
<b>S</b> alsæ fruges. 8.9.a.	Theophili loc <sup>o</sup> notatur. 66.b.	
<b>S</b> anctus. 37.38.a.	Tibia nuptiarum festiuitati adhibebatur. 48.49.a.	
Sanguis Genius. 37.a.	Titulus meretriciarum cellu- larum. 27.28.b.	
Scena olim probro habitata. 18. 19.b.	Tredecim nummorū nume- ratio in matrimonio cõtra- hendo apud Gallos. 12.13.a.	
Equitibus interdicta. 20.b.	Triboniani oscitantia & au- dacia. 41.42.b.	
Semones. 39.a.	Tullia duæ consobrinis iun- ctæ. 63.b.	
Senatoris filius quinam intel- ligatur. 9.b.	Tutores mulierum à tutori- bus pupillorum longè dif- ferebant. 14.15.a.	
Senatoris filius manebat qui à plebeio adoptabatur. 9.b.	Tutores pupillas suas ducere prohibiti. 44.b.	
Sexagenarius coniugio inha- bilis. 31.b.	<b>V</b>	
Societas inter coniuges. 17.a.	<b>V</b> alentianus duas simul vxores habuit. 73.b.	
Spartanæ virgines non nisi valde adulta ætate habe- bantur. 4.b.	Velle quis intelligatur. 68.b.	
Spina alba. 34.a.	Verrij Flacci Etymologia no- tata. 1.a.	
Sponsalia vnde dicta. 1.a.	Vidua feriis nubere poterat. 5.b.	
Sponsalium contrahendorū ætas. 4.a.	Virginensis Dea. 24.a.	
Subigus Deus. 29.a.	Vniuiræ inter Gentiles ma- tronæ laudatæ. 55.a.	
Submenianæ vxores. 25.26.b.	Vnxia Iuno. 28.44.a.	
Subura. 26.b.	Vsus pro possessiõne. 18.a.	
<b>T</b>		
<b>T</b> abulæ nuptiales. 21.a.	Vsu vxores quomodo quæ- rerentur. 18.9.a.	
Talassio vox nuptialis. 49. & 50.a.	Vulgò quæsitorem pater po- pulus. 16.b.	
Tanaquil. 37.40.a.	Vxorum etymon. 43.a.	
Tarquiniij superbi facinora. 59.b.	Vxores Burgundionū & Sa- a iij	
Tedæ nuptiales spinæ. 33.a.		
Tέλεια Iuno. 26.a.		
Tέλος. 26.a.		
Theodosius maior consobri-		

I N D E X.

xonum moribus à parenti- bus vel tutoribus emeban- tur. 13.a.	Xiphilini interpres perstrin- gitur. 25.b.
Vxoris soror an iure duci po- tuerit. 62.63.b.	Xylandri in Dionis versione errata. 4.a.22.b.
<b>Z</b>	
Vxorum stipuladarum mos. 1.a.	Zonam soluere. 25.a.
	Zonare interpretis la- pfus. 22.b.
<b>X</b>	
Xerxis & Artemenis de re gno controuersia. 10.b.	Zygia Iuno. 28.a.
	Zygia tibia. 44.51.a.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Ex lib. de Ritu Nuptiarum.

Pag.	Verf.	24	2	το μανυρίων
1	vlr. filiam.	Ibidem	4	την ἡραν
6	4 postriduani	Ibidem	5	αὐτῆς
Ibidem	15. ominosos	Ibidem	6	ἐκάλει
7	11 comandam	27	36	Bellofanensis
Ibidem	32 Alicarnassens, & ita in aliis locis emenda in qui- bus nomen hoc occurret	31 Ibidem	4 5	fuliginis vlulatu
	9	35	5	nonne. Ibidem 24 qua
	10	Ibidem	30	Loiselius
Ibidem	25 δολοδιείν	38	24	Vertrianus
14	15 factificas	39	21	cuius verba vti
15	34 libo	41	5	appellatur
Ibidem	33 citat	Ibidem	31	ementi
20	36 iam	42	12	tardantes
21	vlr. minuerentur.	43	3	Cæciliæ
22	35 eum	Ibidem	21	ἀνδρῶς
Ibidem	7 iudicatam	44	20	οὐδῆς
	6 interponebatur	45	9	domesticarum.
	33 carinas	51	13	Seruius
		55	vlr.	dele à me

Errata ex lib. de Iure Conubior.

Pag.	verf.	30	12	qua
12	25 actio	32	13	cruor
17	24 Sexto	34	25	Philologiæ
Ibidem	26 fabulæ	36	9	vt & si
18	24 consistimus	38	35	cum tribus
22	25 zonaræ	39	17	nuptias furere cœperit, libertã
23	5 statu ac			
24	vlr. permolere	40	1	In quibusdam exē plaribus irrepfit mēda hoc loco, le- ge, deficiēre, iure licito in & seq. linea, voluntate patroni
25	14 reperi: Fornica- ria πῶς			
26	1 eiusdem			
Ibidem	9 Theletusa puellas			
Ibidem	15 Quin & in thea- tris & in aliis urbis	49	15	dele sua
	27	52	13	& inter
	9 inscriptæ limina cellæ	Ibidem	14	dele non
Ibidem	18 cum senserat	53	11	incredibile &
29	19 Eunt	59	30	appellatum
Ibidem	34 accipimus	61	31	est ni ipso

B. BRISSONII I. C.

ET IN SUPREMA PARIENSI


CURIA ADVOCATI

DE RITU NUPTIARVM

*Liber Singularis.*

\* \*

\*



ICTURVS de ritu nuptiarum, pauca de sponsalibus quæ earum celebritatem antecedunt, præfabor. Fuit autem hoc in more priscis temporibus positum, ut qui uxorem ducturus esset, ab eo unde ducenda erat, eam in matrimoniû datum iri stipularetur: idque qui nuptum daturus erat, sponderet: qui contractus stipulationum, sponsonumque dicebatur sponsalia. Hoc Seruium Sulpitium in libro de dotibus, Neratium Priscum in libro de nuptiis tradidisse Gellius scriptum reliquit. <sup>a</sup> Quibus Ulpianus & Florentinus consentiunt, <sup>b</sup> qui sponsalia quoque à spondendo dicta, & sponsi, sponsæque appellationem inde ductam credunt quod veteribus stipulari, & spondere uxores futuras moris esset. Nec clam me est, horum nominum originem a Græco fonte Verrium Flaccum idoneum auctorem deriuasse, qui, ut apud Sex. Pôp. legimus, sponforum, & sponfarum nomen inde tractum existimabat, quod  $\sigma\pi\omega\upsilon\delta\alpha\varsigma$  interpositis rebus diuinis facerent. Sed a priore harum vocum notatione qui dissentiret præter unum Verriû, præterea inueni neminem. Veteris certè moris quo prius illud etymò nititur, multa sunt in Plauti Comœdiis non obscura impressa vestigia. Sic enim ille in Aulularia Megadorû ab Euclione filiam stipulantem facit. *M. Quid nunc etiam mihi despondes filiam. E. Illis legibus.*

<sup>a</sup> lib. 4.  
<sup>noct. attic.</sup>  
<sup>cap. 4.</sup>  
<sup>b. in. l. 2 et</sup>  
<sup>l. 3. D. de</sup>  
<sup>sponsalib.</sup>  
<sup>l. sponso D.</sup>  
<sup>de verb.</sup>  
<sup>signif.</sup>

A



*Cum illa dote quam tibi dixi. M. sponden ergo? E. Spondeo.*

In Trinummo quoque Lyfiteles à Charmide ita stipulatur.  
*Sponden ergo tuam gnatam uxorem mihi? Ch. spondeo & mille auri Philippum dotis?* Et paulo post.

*Istha lege filiam tuam sponden mihi uxorem dari? Ch.*

*Spondeo. Ca. & ego spondeo idem hoc.*

Sed & in Curculione Phedrom<sup>o</sup> ita à milite stipulatur. Ph.

*Spondesne miles mihi uxorem tuam. M. spondeo.*

Inde Arnobius libro IIII. aduersus gentes fabulosa gentium deorum coniugia ridens, Vxores, ait, Dij habent atque in coniugalia foedera conditionibus veniunt ante quaesitis: habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas. Memini etiam idem ipsum Seruium grammaticum adnotare ad eum Virgilij versum qui est lib. x. Aeneidos.

*Quid soceros legere & gremius abducere pactas.*

Nec verò à filiae dūtaxat patre nuptū datum iri, sed & a patre viri ductū iri sponsio interponebatur, si modo Donato fides accommodanda est, qui Teretij verba ex prima Andriæ scena ad eam rem expendit, quæ ita habent.

*Hac fama impulsus Chremes*

*Utro ad me venit, vnicam gnatam suam*

*Cum dote summa filio uxorem vt daret.*

*Placuit: despondi: hic nuptiis dictus est dies.*

Ad constituenda plane sponsalia nudus consensus sufficiebat: nec quicquam intererat vtrum testatio interponeretur an aliquis sine scriptura sponderet. Denique & absenti absens per epistolam vel internuntium recte despondebatur.<sup>a</sup>

In tabulas tamen vt plurimum sponsalitiæ cōventiones referiebantur. Ex quo illud Iuuenal.<sup>b</sup>

*Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis.*

*Non es armaturus.*

Tertullianus in libro de virginibus velandis. Hæ sunt tabellæ priores naturalium sponsaliorum & nuptiarum. Quæ tabellæ signatoris eorum qui interfuerant, anulis obsignabantur. Vnde Iuuenalis de nuptiis contrahendis agens,

<sup>a</sup>. L. sufficit L. in sponsalibus. D. de sponsalibus.

<sup>b</sup>. Sat. 61.

*Veniet, ait, cum signatoribus auspex.* Apuleius Apolog. II.

Habes Aemiliane causam totam cur tabellæ nuptiales inter me & Pudentillam non in oppido sint sed in villa urbana consignatæ. In argumentum etiam contractorum sponsaliorum a sponso sponsæ arrhæ dabantur: quemadmodum ex Paulo lib. ij. sententiarum, & ex Gratiani, ac Valentiniani, aliorumque Imperatorum cōstitutionibus intelligimus.<sup>a</sup> Quin & anulus sponsæ pignoris loco mittebatur,

quem pronubum Tertullianus in lib. de cultu foeminarum vocat, Aurū, inquit, nulla norat præter vno digito quem sponsus oppignerasset pronubo anulo. Ibi Iorus Hispalensis lib. xx. Etymolog. Foeminae, ait, non vsæ sunt anulis nisi quos virgini sponsus miserat: neque amplius quam bi-

nos aureos in digitis habere solebant. Item lib. ij. de diuin. offic. cap. xv. Quod in primis ait nuptiis, anulus a sponso sponsæ datur, fit nimirum vel propter mutuae dilectionis signum vel propter id magis vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto anulus digito inseritur. Ideo quia in eo vena quædam vt fertur sanguinis ad cor vsque perueniat.

Quam eandem rationem Gellius<sup>b</sup> & Macrobius<sup>c</sup> ex Appione & Atteio Capitone reddunt cur apud Romanos cōmuni assensu receptum esset anulum in digito qui minimo vicinus est quem & medicinalem vocant, atque adeo manu præcipue sinistra gestare. Nicolaus quoque Pōtifex ad cōsultationem Bulgarorum rescribens, vt est apud Gratianum. Et postquam, ait, arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei anulo insignitū desponderit. Sed & hūc ipsum morem Iuuenalis a sat. 6.

me subiecti versus indicant.

*Conuentum tamen & pactum & sponsalia nostra  
Tempestate paras, iamque à tonsore magistro  
Pæsteris & digito pignus fortasse dedisti.*

*Conuentum tamen & pactum & sponsalia nostra*

*Tempestate paras, iamque à tonsore magistro*

*Pæsteris & digito pignus fortasse dedisti.*

His à Paulo relatam speciē adiungamus licet in qua sponsū alienū anulū sponsæ muneris misisse pponit. Ferreū vero anulū eūque sine gemma sponsæ mitti ætate sua consueuisse Plinius lib. xxxij. Naturalis historiæ auctor est. Cæterum a qua ætate sponsalia contrahi olim poterant ex Modestino lib. 4. differentiarum liquet cuius ipsamet verba ponā.<sup>a</sup> In spon-

<sup>a</sup>. l. si quis officium. D. de ritu nupt. l. arrhis l. vitr. c. de sponsalibus.

<sup>b</sup>. cap. xxxi.

<sup>b</sup> lib 10.

cap 10

c. lib. VII.

cap 13.

In l. si donate vli. §.

D. de donatio. int. vir.

D. de donatio. int. vir.

D. de donatio. int. vir.

D. de donatio. int. vir.

a. l. in sponsalibus.

D. de ritu nupt.

D. de ritu nupt.

D. de ritu nupt.



4  
 salibus contrahendis ætas contrahentium definita non est ut  
 in matrimoniis. Quapropter a primordio ætatis sponsalia  
 effici possunt si modo id fieri ab utraque persona intelligi-  
 tur: id est, si non sint minores quam septem annorum. Quæ  
 verba certam nominatim sponsalibus contrahendis præscri-  
 ptam ætatem non fuisse significant. Quamquam quod ad le-  
 gis Papiæ præmia attinet, ea demum sponsalia probari ad-  
 mittique Augustus constituit, quibus biennio post iustæ, ac  
 legitimæ nuptiæ accedere possent, ut proinde minores na-  
 tu decem annorum virgines frustra sponsæ haberentur.  
 Cuius rei constituendæ causa fuit, quod sponsaliorum ob-  
 tentu quæ ad exitum, & effectum breui perducere per sponsa-  
 rum immaturam ætatem non poterant, legi fraudè fieri ani-  
 maduertisset. Id quod ex Dione lib. LIII. didici, cuius hæc  
 sunt verba. ὡς δ' ἐν βρέφει τίνες ἐχθυώμενοι τοῖς μὲν τιμαῖς τῶν γεγα-  
 μνηότων ἐχάρησαν, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν ἔπαρείχοντο, προσέταξε μὴ  
 δεμίαν ἐχθύνῃ ἰσχὺν μετ' ἧν ἔδε δυνεῖν εἶσιν διαθόντων γαμήσθαι τις τῶ-  
 ντέστι δεκέτην πάντως ἐχθυσάσθαι τὸν γὰρ πᾶσι αὐτῆς Σπολαύσονία. Δώ-  
 δεκα γὰρ τοῖς κόραισι τὴν τῶ γαμου ὥραν ἔτη πλήρη καθάσθαι εἶπον  
 νομίζεσθαι. Quorum verborum sententiam quia nec assecutus  
 est, nec expressit interpres, ego in eorum gratiam quibus  
 Græca lingua minus innotescit, in latinum ea conuertam ut  
 poterō. Quoniam autem, ait Dio, quidam infantes puellas  
 despondentes, præmiis quidem coniugum fruebantur, ce-  
 terum effectum rei, & coniugum opus non præstabant, ea  
 sponsalia vires nullas habere constituit, post quæ duobus  
 tranfactis annis sponsa duci minime posset: Hoc est, ut om-  
 nino decennis virgo despoderetur, si quidem ex ea commo-  
 di quid capere sponsus vellet. Duodecimo namque anno vir-  
 go matura viro & nubilis, ut iam ante dixi, existimatur.  
 Quam eandem Augusti constitutionem Zonaras totidem  
 prope verbis retulit, quæ sunt ab eius interprete, ne quem  
 debita laude fraudè, fidelius, ac planius quam ab illo altero,  
 viro alioquin erudito, ac bene de Græcis merito, reddita.  
 Atque hoc nimirum est, quod breuiter, ac strictim more suo  
 Traquillus in eiusdem principis vita scribit his verbis. <sup>a</sup> Cū-  
 que etiam immaturitate sponsarum, & matrimoniorum cre-  
 bra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habē-  
 di coarctauit. Quod procul dubio pertinet Caij <sup>b</sup> locus quæ

<sup>a</sup> cap.  
xxxiiij.

<sup>b</sup> l. pen. D.  
de sponsa-  
lib.

5  
 ex eius lib. I. ad. I. Iuliam & Papiam Pandectarum concin-  
 natores delibant. In eo ita est. Sæpe iustæ ac necessariæ  
 causæ non solum annum vel biennium, sed etiam triennium  
 aut quadriennium & ulterius trahunt sponsalia: veluti va-  
 letudo sponsi, sponsæ uel mortis parentum aut capitalia  
 crimina aut longiores peregrinationes quæ ex necessitate  
 fiunt. Itaque à septimo anno utiliter quidem contrahi spō-  
 salia potuisse non dubium est: verum eorum demum spō-  
 saliorum nomine quæ cum virginibus decem ad minus an-  
 nos natis contraherentur ex lege Papiæ commodi lucræ  
 ue quid percipi poterat.  
 Hæc desponsalibus quæ viâ ad explicanda nuptiarum solènia mu-  
 niant breuiter prædicanda celsi. Sponsalibus factis, cōsequēs  
 erat nuptiis die dici. Nec verò temerè & è re nata, ac quoli-  
 bet, prout incidisset, die nubebat: Sed in ea re nō leuè mēsiū,  
 temporum ac dierum delectum habebant. Nouarum certè  
 Calendarum posteros omnes dies à nuptiis habitos alienos,  
 Sex. Pomp. libro. XII. scribit. Mensis item Maius, quem-  
 admodum Plutarchus *en aitiōis* testatur, nuptiis infaustus &  
 inauspicatus existimabatur: Ex quo illud olim vulgi fermo-  
 ne tritum prouerbium, mense Maio nubunt malæ. Ouidius  
 lib. v. factor.

*Nec vidua tædis eadem, nec virginis apta*

*Tempora, quæ nupsit, nec diuturna fuit.*

*Hac quoque de causa, si te prouerbia tangunt,*

*Mense malas Maio nubere vulgus ait.*

Dies etiam alios qui nuptiis contrahendis vitabantur Ma-  
 crobius libro. I. cap. xv. recēset: cuius ipsamet verba subiice-  
 re fatius fuerit. Nec hoc pretermiserim, ait, quod nuptiis co-  
 pulandis Calendas Nonas & Idus religiosas, id est deitan-  
 das censuerunt. Hi enim dies præter Nonas feriatum sunt: fe-  
 riis autem vim cuique fieri piaculare est. Ideo tunc vitantur  
 nuptiæ in quibus fieri vis virginibus videtur. Sed Verrium  
 Flaccum iuris Pontificij peritissimum dicere solitum refert  
 Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, nouas face-  
 re ius non esset, ideo magis viduis quam virginibus idoneas  
 esse ferias ad nubendum. Subiiciet aliquis: Cur ergo Nonis,  
 si feriatum dies nō est, prohibetur celebritas nuptiarum? Hu-



ius quoque rei in aperto causa est. Nam primò nuptiarum dies verecundiæ datur: postridie autem, nuptiam in domo viri, dominium incipere oportet adipisci, & rem diuinam facere. Omnes autem postriduam dies, seu post Calendas seu post Nonas Idusve, ex æquo atrii sunt. Ideo & Nonas inhabiles nuptiis esse dixerunt, ne nupta aut posterò die auspicaretur libertatem vxoriam, aut atro immolaret quo nefas est sacra celebrari. Idem etiam auctor cap. xvi. eiusdem libri ex Varrone. Mundus ait, cū patet, deorū tristitium atque inferum quasi ianua patet. Propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris causa habere ac militem proficisci, nauem soluere, vxorem liberam querendorum causa ducere religiosum est. Parentalibus quoque quæ mense Februarii celebrabantur coniugium, propter infavitos & omninosos eiusmodi dies, vitandum esse, Ovidius libro. ij. fastorum præcipit his versibus.

*Postea præteriti tumulis redduntur honores*

*Prodigiis que venit funeribusque modus.*

*Dum tamen hæc sunt, vidua cessate puelle*

*Expectet pueros pinea tæda dies.*

*Nec tibi quæ cupida matura videbere matri,*

*Comat virgineas hasta recurua comas.*

*Conde tuas hymenæe faces & ab ignibus atris*

*Aufer, habent alias mæsta sepulchra faces.*

Pomponij tamē nuptias pridie Idus Februar. celebratas Cicero lib. ii. Epist. ad Q. frat. Epist. ii. indicat. Sed & Saliorum diebus festis abstinendum nuptiis idem Ovidius suadet lib. iii. Fastor.

*Nubere, ait, si qua volet quamvis properabitis ambo,*

*Differ, habent parua commoda magna mora.*

Contrà coniugio aptissimum esse id tempus quod Idus Iunias sequitur, ostendit lib. vi. quo loco filia diurnam salutem precatus ita concludit.

*Hanc ego cum vellem genero dare, tempora tædis*

*Apta requirebam, quæque cauenda forent.*

*Tunc mihi post longas monstratur Iunius idus*

*Vtilis & nuptis utilis esse viris.*

*Primaque pars huius thalamis aliena reperta est.*

*Nam mihi sic coniunx sancta dialis ait.*

Atque ad hunc superstitiosum dierum nuptialium delectum referenda suspicor hæc Ciceronis ex lib. ii. Epist. ad Q. fratrem verba. De nostra Tullia tui me hercule amantissima spero cum Craspede nos confecisse. Dies erant duo qui post latinas habentur religiosi. Ceterum confectum est. Iam ubi nuptiis dictus dies venerat, maxima circa comendam ornandamque sponsam cura impendebatur. Quod priusquam exponam, rectè atque ordine facturum me puto, si vsurpatas ab antiquis matrimoniorum contrahendorum formas aperiam. Tribus autem generibus vxores quæsitæ inuenio. Vsu, farre, coëmptione. Arnobius lib. iiii. aduersus gentes. Vxores enim dii habent atque in coniugalia fœdera veniunt conditionibus ante quæritis, vsu farre & coëmptione genialis lectuli sacramenta conducunt. At Cicero Topicis duo tantum vxorum genera facit. Si ita, inquit, Fabiæ pecunia legata est à viro, si ea vxor materfa. esset, si in manum viri non conuenerat nihil debetur. Genus est enim vxor: Eius duæ formæ: vna matrum familiarum: hæ sunt quæ in manum conuenerunt: Altera earum quæ tantummodo vxores habentur. Sed enim discidium hoc facile Vipiani interuētū componitur: qui in manum tam farre quàm coëmptione conueniri in Institutionum fragmentis docet. Itaque Boetius ad illum Ciceronis locum, totidem quot Arnobius vxorum quærendarum modos constituit. Et cofarreationem quidem solis Pontificibus conuenisse scribit. Tametsi à primo vrbis ortu id ritus genus institutum omnibusque peræquè nuptiis far interuenisse Dionysius Halicarnasseus indicare videtur, cum ita scribit. <sup>a</sup> ἐκ τῶν τε τῶν α. lib. i. Ἄρ-  
ἱερεῖς οἱ παλαιοὶ γάμους ῥωμαϊκῆ προσηγορίᾳ περιλαμβανούσας φάρ-  
ρακία ἐπιτῆς κοινῆς τῆς φάρρος ὁ καλούμεν ἡμεῖς ζῆαν. Idem subicit non nuptiis modo sed & sacrificiis omnibus far à pri-

scis Latinis adhibitum. Quod & Arnobius lib. II. aduersus gentes testatur. Tus, ait, neque ipse Romulus aut religionibus artifex in comminiscendis Numa aut esse sciuit aut nasci: ut pium far monstrat, quo peragi mos fuit sacrificiorum sollennium munia. Ouidius lib. I. fastor.

*Ante Deos homini quod conciliare valeret*

*Far erat, & puri lucida mica salis.*

*Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas*

*Acta per equoreas hospita nauis aquas.*

*Tura nec Euphrates, nec miserat India costum*

*Nec fuerant rubri cognita fila croci.*

Asconius in. III. contra Verrem oratio. Nefarium est, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. Incruenta quippe, & a sanguine pura prisca sacrificia ex Numæ instituto erant, atq; ut Plutarchus loquitur, ἀναίμακτοι αἵτε πολλὰ διὰ λφίτῃς καὶ σπονδῆς καὶ τῶν ἐπιλεσῶτων ποιούμενα. Quinetiā inter eius instituta idem auctor hoc refert, μὴ θύειν ἀνευ ἀλφίτων. Valer. Max. lib. II. Memorabil. cap. I. de prisca Romanis agens. Erant adeo continentiae attenti, ut frequentior apud eos pulvis usus, quam panis esset. Ideoque in sacrificiis Mola, quæ vocabatur ex farre & sale constat. Mola quippe secundum Sexti Pomp. interpretationē nihil aliud erat, quam far totum & sale aspersum, & quod eo molito hostiæ aspergerentur, inde Molæ nomē inuenit. Virgilius lib. II. Aeneid.

*Et salsa fruges, & circum tempora vitæ.*

Vbi Seruius. Salsæ fruges ait, Sal & far quod dicitur Mola salsa: qua & frons victimæ & foci aspergebantur, & cultri. Fit autem de horna fruge, & horno sale. Ut Horatius. Et horna fruge. Quæ Horatij verba habentur lib. III. Carmin. Od. XXIII. Ex quo eodem loco duos itidem versus proferam, in quibus ita est.

*Mollibit auersos penates*

*Farre pio, & saliente mica.*

Quo genere loquēdi etiā Tibullus utitur Elegia. III. lib. III.

*Et vanum, ait, metuens hominum genus, omnia* (Sic enim lego)

go) noctis

*Farre pio placant, & saliente sale.*

Simili modo Ouidius lib. III. Fastor.

*Farra Deæ, micæque licet salientis honorem*

*Detis, & in veteres turea grana focos.*

At Virgilius, non in secundo dumtaxat Aeneid. vnde paulo ante versum retuli, sed & lib. XII. fruges falsas dixit.

*Dant fruges, inquit, manibus falsas.* Quod Seruius interpretatur, far & sal: quibus rebus, ait, & cultri aspergebantur & victimæ. Quo exemplo, Arnobius lib. III. aduersus gentes: Nisi tura, inquit, & falsas fruges. Dij acceperint, nequeunt bene facere. Eaque de causa Mola, falsa dicebatur. Horat. lib. II. Sermo. Sat. III.

*Ante aras, spargisque mola caput improbe salsa.*

Et Martialis alicubi.

*Consumpsi salsaque molas, & turis acervos.*

Ouidius farra mixta sale dixit lib. I. fastor. in his versibus

*Inde vocor Ianus, cui cum Cereale sacerdos*

*Imponit libum, farraque mixta sale.*

Far planè genus esse frumenti optimi Seruius in lib. I. Georgij adnotat. Cæterum ut Latini, farreas Molas, ita Græci κριθαὶ ἑλαῖς sacrificiis suis adhibebant, quemadmodum est ab Eustathio accuratè copiosèque expositum in lib. I. Iliad. qui ex Dione ἑλαῖς esse docet, τὸ μίγμα τὸ ἐκ κριθῆς καὶ ἑλαῖν. Meminit & Suidas in verbo ἑλοθύειν. Quo in vocabulo mēdū esse apud Moschopul. in lib. πειρὰ σχεδὼν admoneo: Vbi ὁλαῖ pro ἑλαῖ legitur. Quem errorem ipsa satis definitio cōuincit. Sic enim explicat: αἱ ἄλοι μεμιγμένα κριθαὶ καὶ τοῖς θυμιασιν ἐπιβαλλόμενα. Sed ut ad propositum tandem aliquādo redeat oratio, consentanea his quæ de farris vsu diximus, Plinius propius ad nostrum argumentū accedens lib. XVII. Natural. histor. cap. III. tradit. Quin & in sacris, ait, nihil religiosius confarreationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum præferebant. Vnde Apuleius lib. X. de Asino aur. matrimonium confarrear e dixit. Nec verò uxorem duci olim

Mola q. rit

nisi sacrificiis peractis potuisse Seruius notat in. III. Aeneid. ad eum versum.

*Connubiis aruisque nouis operata iuuentus.*

Inde Seneca in Octauia Actu. IIII.

*Vidit attonitus tuam*

*Formam. Senatus, tura cum superis, dares*

*Sacrâsque grato spargerès aras mero*

*Velata summi flammeo tenui caput.*

*Et ipse lateri iunctus atque hærens tuo*

*Sublimis inter ciuium lata omina*

*Incessit, habitu atque ore lætitiæ gerens*

*Princeps superbo. Talis emersam freto*

*Spumante Peleus coniugem accepit Tethym.*

Valerius Flacc. lib. VIII. Argonautic.

*Inde ubi sacrificias cum coniuge venit ad aras*

*Aesonides, vnaque adeunt: pariterque precari*

*Incipiunt, ignem Pollux vndamque iugalem*

*Prætulit, ut dextrum pariter vertantur in orbem*

Et mox.

*Primus & ecce fero, quatiòque hanc lampada vestro*

*Coniugio: primus celebros dotalia sacra,*

Planè apud Hetruscos & Priscos Latinos in coniunctione nuptiali à nouo marito & à noua nupta primum porcum immolari confueuisse Varro lib. II. de re Rustic. cap. IIII. auctor est. Vt ut sit, quo ritu olim confarreatio perageretur vnus Vlpianus, ac neis plenè quidem explicat in fragmentis Titulorum ex eius corpore excerptorum, cum ita scribit. Farre conuenitur in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus & sollempni sacrificio factò, in quo panis farreus adhibetur. Quemadmodum autem confarreatio iungebatur, ita diffarreatio coniugia dirimebatur. Sex. Póp. lib. IIII. Diffarreatio genus erat sacrificij quo inter virum & mulierem fiebat dissolutio: dicta diffarreatio, quod fieret farreo libro adhibito. Sed omiffam suo iam tempore confarreati aduetudinem aut certe inter paucos retetam Tiberius Imp. apud Cornel. Tacit. libro IIII. narrat. Igitur ad alia duo matrimoniorum genera, coemptione & vfu con-

tracta gradum faciamus. Prioris Cicero in Oratio pro Murena meminit. Concipi vero certis verbis coemptionem solitam idem indicat lib. I. de Orato. cum ait. Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eudem eius mulieris quæ coemptionem fecerit causam posse defendere. De eius certe formula totoque adeo coemptionis ritu quod proferam aliud nihil habeo, præterquam quod est a Boethio lib. II. commentarior. ad Topica Cicero. ex Vlpiani institutionibus relatum. Boethio in ipsis lapsæ iam Latinitatis ruinis & vt ita dicam parietinis nato, vt & aliis eiusdem æui seculi scriptoribus tantum tribuo quantum cum ex veterum libris quibus nos iniuria temporum orbari sumus, hausisse video. Nec enim sum nescius cum in illis suis Topicorum commentariis quorum sex dumtaxat libri ex septem quos se conscripsisse ipsemet lib. I. de differentiis topic. citatur, ad nos salui peruenerunt, in crassos ac supinos errores esse prolapsus. Quale illud est, quod ad explicationem eius loci adfert quo Cicero legem iubere scribit, Afsiduo, afsiduum vindicem esse. Quod iussum legi Aeliæ Sentia (etenim Sanctiæ cõtra eius vt existimo, mentem libri impressi scriptum habent, quando nulla eius nominis lex in veterum monumentis, quod sciam, extat) attribuit: cuius vtique nec interpres esse Sextus alius, ex quo interpretationem afsidui Cicero producit, potuit: ac nec ipse Tullius ex ea lege, quæ post eius demum obitum imperante Augusto in aliam penitus sententiam lata est, exemplum nisi fatidico spiritu & mentis afflatu proferre. Qui error eò perniciosior est, quod ex eius commentariis in ordinem verborum Ciceronis manauit. Etenim imperitus quidam, legis verbum, quod erat a Cicerone de lege. XII. tabularum sentiente vt ex Gellio patet, simpliciter sicut & alio eiusdem libri loco<sup>b</sup> prolatum, explanare volens, margini ex Boëtij commentariis interpretationem vitiosam adscripsit. quæ deinde in contextum irrepfit. Quod vitium altissimas deinde radices in omnibus codicibus egit. Similiter & illud apud Boethium nota dignum est quod maximæ capitis diminutionis exemplum a deportatione sumit: <sup>c</sup> qua tamè cõstat libertate salua solam ciuitatem amitti. Nam deportati

a. lib. xvi. Noct. Attic. cap. x. b. in loco ex comparatione. c. lib. II. commentar. in locum. Ab adiunctis.

quidem ἀπόλιδες fiunt & ad peregrinitatem rediguntur, ceterum libertatem naturalem & ea omnia quæ meri sunt gentium iuris retinent.<sup>a</sup> Et quamuis erroris eius Callistratus aut forte Callistrati titulo Tribonianus patronus aduocari possit,<sup>b</sup> non eo tamen ab instituta accusatione desistam: In eaque subscriptores melioris notæ veteres omnes consultos habeo: qui mediæ capitis diminutioni, aquæ & ignis interdictionem & eam quæ in eius locum successit deportationem subiiciunt:<sup>c</sup> Verùm hæc nihil ad huius libri institutum pertinent: ad quod ut redeam, ipsamet Boetij de coemptionis ritu verba recensebo. Coemptio, ait, certis solemnitatibus peragebatur: & sese in Coemendo (perperam enim in impressis codicibus, communicando legitur) inuicem interrogabant. virita, An sibi mulier materfa. esse vellet: illa respondebat, velle, item mulier interrogabat, An vir sibi paterfa. esse vellet, ille respondebat, velle: itaque mulier in viri conueniebat manu, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem & erat mulier materfa. viro loco filia. Hæc ille: quæ totidem verbis refert Seruius in lib. iiii. Aeneid. occasione sumpta ex illis Virgilij verbis,

*Repulit, & dominum Aeneam in regna recepit.*

Idem ad eum ex lib. i. Georgicor. versum,

*Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis*

Quod ait, emat, inquit ille, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum: quo se maritus & vxor inuicem emebant: sicut habemus in iure. Quo etiam Virgilium respexisse Nonius Marcell. in lib. de propriet. sermon. antiq. existimat: cui interpretationi & Isidorus libro. v. Etymolog. accedit. Coemptionem porro imaginariis venditionibus peractam vt & adoptionem, credibile est: in eaque facienda nummos aliquot dicis causa interuenisse: Id enim in aliis quoque legitimis actibus obseruabatur, in quibus specie tenus Mancipationum sollempnia representanda erant. Cuius moris vestigia a nobis in nostris nuptiis vsurpari quidam opinantur, tredecim nummorum numeratione. Verum ego ex Barbararum coloniarum, quæ in Gallias ex Germania migrarunt, ferròque & armis sedes occuparunt, moribus id in vsu man-

fisse potius crediderim. Tam enim Burgundiones quam Saxones vxores suas a parentibus vel tutoribus earum emisse obseruauit: idque ex capite seu titulo xiiii. & xxxiiii. earum legum quas Gundobaldus Rex Burgundionibus scripsit, & ex Tit. vi. ix. & xvii. legum Saxonicarum patet. Idque pretium nuptiale appellatur in Tit. xii. legum Burgundio. & erat ccc. Solidorù ex Saxonum legibus: vt caput vi. docet. Enimvero quæ coemptione in manum conuenerant vxores, proprie matrum fa. nomine exaudiebantur vt Cicero Topicis auctor est. Gellius lib. xviii. cap. vi. Illud coemptio probabilius est, quod idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam esse proprie quæ in matrimonium cum viro conueniret, quoad in eo matrimonio maneret: etiam si sibi liberi nondum nati forent, dictamque esse ita, a matris nomine, non adepto iam, sed cum spe & omine mox adipiscendo: vnde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias appellatam esse eam quæ esset in mariti manu, mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioque esset: quoniam niam non in matrimonium tantum sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venisset. Eadem harum vocum differentia a Seruio traditur in lib. xi. Aeneid. quem quisquis cum Gellio contulerit, non dubitabit mancipi pro mancipio semel atque iterum medosè apud illum scriptum esse. Matrisfa. vero ex Vlpiani lib. lxxii. aut. lxx. ad edictum (variant enim codices) nobis a Triboniano proposita definitio, verbis in quorum interpretatione veritabatur, aptata fuit, non ad prisca sermonis proprietatem relata. Illud conuenientibus oculis prætereundum non est, quod in viri familiam venisse Gellius scribit, eam quæ in manum conueniret. Nam huius in alienam familiam transitus ratione, capite minus censebatur: indeque in minimis capitis diminutionibus conuentio in manu numeratur. Vlpianus Tit. xi. fragmentor. Minima capitis diminutio est per quam & ciuitate & libertate salua status dicitur hominis mutatur: Quod fit adoptione & in manum conuentione. Hinc illustratur quod Cicero in Topicis scribit, si eam mulier testamentum fecit quæ se capite nunquam diminuit non videtur ex edi-

*a l. quidam*  
*D. de pa-*  
*nis l. si de-*  
*portati. § 1.*  
*D. de le-*  
*gat 3 l. Ne-*  
*que. § 1. D.*

*matris de milit.*

*in matrimonium test.*

*b. l. cogni-*

*tionum. §.*

*ult. D. de*

*var. & ex*

*traord.*

*c. Vlpia. in*

*fragment.*

*Tit. xi.*



Ulpianus in  
fragm. H. II. 5 L  
et G. 29. 5. 3 L  
D. H. II. 5. 16 in  
fine =

etō Pratoris secundum eas tabulas possessio dari. Vbi Boethius. Mulieres, ait antiquo iure tutela perpetua continebat. Recedebant vero a tutoris potestate quæ in manum conuenissent. Itaque fiebat eis prioris status permutatio, & erat capite deminuta quæ virgō conuenisset in manum. Quod autem de perpetua mulierum tutela Boeth. notat, Ulpiani verbis comprobatur quæ sub Tit. xi. fragmentor. sunt posita. Sic autem habent. Tutores constituuntur tam masculis quam feminis: sed masculis quidem impuberibus dumtaxat, propter ætatis infirmitatem: feminis autem tam impuberibus quam puberibus & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam. Cicero pro Muræna. Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt. Quamobrem Augustum memoriam præditum est summi beneficii loco & iure singulari Liviæ uxori & Octaviæ sorori cōcelsisse τασφδερα αἰεὺ κυρίου τινὸς διοικεῖν. Hæc enim sunt Dionis lib. xlix. hoc ipsum referentis verba: quæ indultum eis fuisse sine tutore auctore res suas gerere significant: Quod & Vestalibus licuisse Plutarch. in Numa docet qui inter reliqua earum virginū privilegia hoc recenset καὶ ἄλλα πράττειν αἰεὺ προσηται διαγυσαῖ ὡς αἰρετικαῖδας. Sed enim inter mulierum ac pupillorum tutores lata erat differentia. Nam pupillorum quidem pupillarumque tutores ut Ulpianus in Fragment. explicat <sup>a</sup> & negotiagerebant & auctoritatem interponebant. Mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponebant. Idcirco Cato apud Lium <sup>b</sup> maiores voluisse dicebat, nullam ne privatam quidem rem feminas sine auctore agere. Cui L. Valerius apud eundem respondens. Numquam, inquit, saluis suis exiit seruitus muliebris, & ipsa libertatem quam viduitas & orbitas facit, detestantur. Vnde Apuleius Apolog. pro se ipso secunda emptionis à Pudentilla factæ, testem ut auctorem, eius tutorem, Cassium Longinum utat. Adest ait, etiam tutor auctorem mulieris, vir grauiissimus & sanctissimus, omnium cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. Quære. Maxime, cuius emptionis auctor fuerit? Ex illa vero tutorum differentia Cicero Topicis argumentum a dissimilitudine ducit. Non quemadmodum quod mulieri debeas re-

<sup>a</sup> Tit. xi.

<sup>b</sup> lib. xliij.

ete ipsi mulieri sine tutore auctore soluas, ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas recte possis eodem modo soluere. Vbi Boethius (nam quæ ab eo bene dicta sunt non reticeo) Mulieres, ait, antiquitus perpetua tutela tenebantur: pupilli item sub tutoribus agunt, sed mulieribus si quid debitum fuisset sine tutoris auctoritate poterat solui: pupillis vero minime. Et mox. Illæ perpetua tutela etiam proiecta iam ætate continentur: Illorum tutela certus annorum numerus terminum facit: Differt enim persona mulierum a persona pupillorum vel in eo quod pupilli non perpetua reguntur tutela: mulieres vero perpetua. Vel quod pupillus nullum suæ etiam ministrandæ utilitatis iudicium habere potest: cum sit aliquis mulieribus et si non firmus, in explicanda familiaris rei utilitate delectus. Hactenus ille. Nec tamē quod tutore minime auctore mulier promiserat, magis debebatur quam quod pupillus sine tutoris auctoritate sponderet, ut ex Cicerone pro Cæcina liquet: nec mulier quæ in tutela erat, manumittere ius potius quam pupillus habebat, quod est ab Ulpiano Tit. i. traditum. Præterea pupillos suos adrogandos dare tutores non poterant, quod tantam esse, tutoribus in pupillos auctoritatem potestatemque fas veteres nō ducebant, ut caput liberum fidei suæ commissum alienæ ditioni subiicerent, quemadmodum ex Gellio didicimus. <sup>a</sup> At mulieri in manum conuenienti tutores utiliter auctoritatem præstabant: licet ex conventionione in manum eadē prope quæ ex adrogatione effecta sequerentur. Et vero sine tutorum auctoritate non potuisse in manum mulierem conuenire Cicero pro Flacco satis dilucide ostendit. Inde idem pro Clientio Nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus. Quod autem ea tutela legitima tam a Cicero ne quam ab Ulpiano appellatur, iudicio est lege xii. Tabi. introductam. Id quod verum puto & ex Atheniensium legibus hoc caput a Decemuiris descriptum quandoquidem & apud illos mulieres tutorum quos κυρίσς vocabant potestate continerentur ut est à Budæo in linguæ Græcæ Commentar. obseruatū. Iam propinquorū tutela conventionione in manum mulieres liberatas, ut Boethius supra citato loco perstrinxit, mirum non est: cum eo modo capite mungerentur,

Differentia in  
tutorey pu  
pillorū & tutorey  
mulierum =

<sup>a</sup> Libr. v.  
Cap. xix.

κυρίσς  
vocabant  
potestate  
continerentur  
ut est à  
Budæo in  
linguæ  
Græcæ  
Commentar.  
obseruatū.

statumque ac familiam mutarent & in virorum mancipium redigerentur, in quorum manu eas fuisse etiam Cato in eo quem paulo ante produxi Liuij loco dicit. Quinetiam in manum conueniendo mulierem cum capite fortunas quoque suas in familiam ac domum mariti transtulisse sciendum est. Nam ut Cicero Topicis, in loco ab effectis scribit, cum mulier viro in manum conueniebat, omnia quæ eius fuerant, viri fiebant dotis nomine. Vnde Boetius vxore defuncta quæ in manum conuenisset, bona eius ad virum pertinuisse bene colligit. Quapropter Lucio Flacco inter cetera vitio datum legimus, quod Valeriæ gentilis suæ quæ Androni Sestilio nupsisse dicebatur, bona auertisset, eiusque hereditate virum ad quem ea legitimo iure pertinebat, fraudasset. Quod crimen Cicero in ea quam pro eo reo dixit, oratione ita refellit, ut in manum Sestilio conuenisse Valeriam neget. Idque argumento ab enumeratione partium ducto probat. Nam si in manum conuenisse dicatur, utique usu vel coemptione conuenisse eam necesse fuisse dicit, cum hæc solæ essent inter eius conditionis & qualitatis personas usitata matrimoniorum species. Atqui usu conuenire in manum non potuisse docet hac ex iure sumpta ratione, quod de tutela legitima qua maiorum more Valeria continebatur, nihil potuerit absque tutorum omnium auctoritate usu diminui: ut proinde ei non licuerit tutoribus minime auctoribus factis alienæ se ditioni subiicere, in alienamque familiam se & bona sua transferre. A quo non abhorret quod idem lib. i. Epist. ad Attic. ita scribit. De Tadiana re mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse nihil esse iam quod laborares: quoniam hereditas usu capta est. Id mirabamur, te ignorare de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usufructu posse. Diminuendi enim verbo in hanc sententiam usus veteres apparet ex Senatusconsulto de petitione hereditatis. <sup>a</sup> Coemptione vero, quod erat alterum partitionis membrum, in manum peræquæ conuenire non potuisse Valeriam contendit, cum ei rei auctoritatem Flaccus qui è tutorum numero erat non præstitisset: Ac per hoc sine eo auctore dicta ab ea dote nihil actum esse ibidem adseuerat. Quod & in Oratione pro Cæcinnâ pro certo ac constanti ponit. Ideoque ex lege Julia de

<sup>a</sup> l. Item veniunt. § Irè placere & l. De perditum D. de petitione hereditatis.

maritandis ordinibus à Prætorè urbano tutor mulieri virginie quæ ex ea ipsa lege nubebat, ad dotem dandam dicendam, promittendamue dabatur, si legitimum tutorem ea non haberet, ut est ab Vlpiano memoriæ proditum. <sup>b</sup> Atque hæc erant iura quæ sibi conventionis in manum beneficio maritus in bonis vxoris vindicabat. Vice versa etiam vxor eorundem & bonorum & sacrorum cum viro socia ac particeps fiebat. Qua communiione merito existimauit Romulus inter se arctiori vinculo colligatos coniugesiri. Est enim huius rei origo ab eius legibus arcessenda quibus hoc comprehensum fuisse Dionys. Halicar. auctor est <sup>a</sup> γυναικα γαμήλην κατὰ νόμους ἱερῆς συνελθῆσαν ἀνδρὶ κοινῶν ἀπαιτῶν εἶναι λεημάτων τὴν καὶ ἱερὰν. Vnde mirum non est, Nuptias à Modestino <sup>b</sup> diuini & humani iuris coniunctionem definiri, & à Gordiano <sup>c</sup> vxorem rei diuinæ & humanæ sociam appellari. Quapropter ne turpe iudicium ob res viro subtractas aduersus eam dari prudentibus placuit <sup>d</sup> quam societas vitæ quodammodo dominam faceret. Hinc quoque forte ab initio moribus comparatum fuit ut ne inter coniuges factæ dominationes valerent: Quod & alius postea rationibus utile visum est. Quas inter etiam hanc Plutarch. ἐν ἀλλοίῳ commemorat ὅτι δὲ κοινὰ καὶ γυναιξίῳ εἶναι τὰ ἀνδρῶν καὶ ἀνδράσι τὰ γυναικῶν. Ex iisdem etiam Romuli legibus descendisse Halicarnasseus admonet quod usu apud Rom. inualuit ut viro mortuo superites vxor non aliter ac patri filia heres existeret: & quidem eo fine liberis defuncto totam ex assè hereditatem sibi vindicaret: liberis vero relictis æquam cum iis partem ferret. Ac planè suorum heredum loco ac numero eiusmodi vxores habitas & perinde atque illos heredes vel exheredes scribi debuisse, ne præteritione earum testamenta vitiarètur, ex veteri iuris prudentia intelligimus. Sic enim Vlpianus in fragmentis titulorum ex eius corpore excerptorum, scribit. <sup>a</sup> Sui heredes instituendi sunt vel exheredandi. Sui autem heredes sunt, liberi quos in potestate habemus, tam naturales quàm adoptiui. Item vxor quæ in manu est, & nurus quæ in manu est filij quem in potestate habemus. Et aliàs. <sup>b</sup> Adgnascitur suus heres, aut adgnascendo, aut adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum sui here-

<sup>b</sup> Tit. xi.

<sup>a</sup> lib. ij.

<sup>b</sup> in l. i.

<sup>c</sup> D. de ritu

<sup>nupt.</sup>

<sup>c</sup> in l. i.

<sup>d</sup> Aduersus

<sup>C. de cri.</sup>

<sup>expil. ha</sup>

<sup>red.</sup>

<sup>d</sup> l. i. D.

<sup>rer. amat.</sup>

<sup>a</sup> Tit. xxij

<sup>b</sup> Ti. xxij

dis succedendo. Quod nec Seruium latuit, qui in. vii. Aeneid. ad illum Virgilij versum.

*Quæ sitas sanguine dotes  
Abnegat, externusque in regnum quæritur heres.*

De iure, ait, traxit ut non generum, sed heredem diceret. Nam per coemptionem facto matrimonio sibi inuicem succedebant. His consequens est, à muliere herede scripta viro cui ea in manum conuenisset inutiliter legatum relictum fuisse: ut & iuris ipsa ratio dicat, & ex eo inferri potest, quod Ulpianus Tit. xxiii. fragmentor. definit, his verbis. Ei cuius in potestate manu mancipioque est heres scriptus, legari non potest. Quinetiam mancipari eam à viro potuisse argumento est quod Sex. Pomp. ex Aelio Gallo scribit, Remancipatam eam dictam quæ mancipata erat ab eo cui in manum conuenerat. Itaque in eo quod ab Ulpiano scriptum est <sup>a</sup> eum qui liberum caput mancipatum sibi vel a patre vel a coemptore manumisit, per similitudinem patroni tutorem fiduciarium effici, videndum est ne ad maritum coemptoris nomen, potius quam ad alium quenquam referendum sit. Ex his satis patere arbitror quid esset, in manum conuenire. Quod loquendi genus ab Apuleio lib. viii. non semel est usurpatum. Cæterum de vxorum usu quæredarum forma nihil à quoquam veterum auctorum literis proditum reperi. Tentari quidem certè non incoloratè posset, nec verò quid obftet præter iuris rationem qua Flacci partes tueri Cicero nisus est, video, Vsu partas ac quæ sitas vxores eas fuisse quæ matrimonij causa in domum absque coemptionis sollempnibus deductæ toto vertente anno cum viro adfuerent: quæ post id temporis ex xii. Tab. in manu mancipioque viri fuerint quasi vfu id est possessione viro mancipatæ. Vsum enim pro possessione veteres dicebant. Et ita xii. Tab. scriptum erat. Annuus vsus esto. Vnde & vfucapionis nomen. Vsum vero legitimum fuisse dominiorum quærendorum & adipiscendorum modum nemo ambigit. Et vel iuris ciuilis auctoribus tacentibus eius rei vnus locupletissimus esset testis Horatius cum ait,

*Si proprium est quod quis libra mercatur & ære,  
Quædam si credis consultis, mancipat vsus.*

<sup>a</sup> Tit. xi.

Proinde quemadmodum res mobiles vel se mouentes anno possessæ, possessoris ex iure Quiritium fiebant: ita mulierem quæ cum viro vnà matrimonij causa anno integro morata esset, ei vxorem cum re & effectu partam conciliatamque fuisse suspicari possumus. Probabile hoc facit, quod annui huius vsus interrumpendi interpellandique gratia trinoctio perfecto à viro vxorè abnoctare lex. xii. Tab. iubebat. Hoc enim de vsurpatione vxorum id est vsus earum interruptione ex Q. Mutio Scæuola Gellius & ab eo mutuatus Macrobius prodiderunt. Cuius vsurpationis quæ fuisset utilitas non video nisi in manum & mancipium viri per annuam possessionem mulier transitura fuisset. Quorsum enim, quæso, de vsurpatione annui vxorum vsus lege cautum fuisset, si non eiusmodi vsu aliquid viro præter nudum matrimonij nomen accessisset? Nam ad vxoris inane consortium (id est conuentionis in manum viribus destitutum) consequendum annum expectari nihil attinebat, quod mero consensu, mutuæque voluntate protinus coniuges nanciscebantur. Necesse est igitur amplius aliquid annuo vsu maritum nactum ac consecutum fuisse. Quæ res existimandi copiam præbet, ut, quemadmodum seruus venditus & traditus neque tamen emptori mancipatus, nec in iure cessus, nec ab ipso anno possessus in bonis tantum eius erat, non autem, quo ad horum quid interuenisset, ex iure Quiritium eius fiebat. Sic quæ nec farre nec coemptione in manum conuenisset, sed in domum duntaxat pro vxore deducta esset mulier, vxor quidem habebatur: cæterum non ante in manum viri conuenisse censebatur, quàm apud eum annum nulla trinoctij absentia interposita impleuisset. Transacta vero annua die tum vsu viro quæ sita vxor iudicabatur pro eoque erat ac si in manum sollempnibus verbis conuenisset, utpote vsu ac possessione, quod sollempnitati defuerat, supplente. Sed hæc ut sunt in coniectura posita & à me inuestigandi tantum, non etiam ad firmandi gratia proposita ita à lectoribus accipi & æqui bonique consuli velim. Liberum enim suum cuique de his iudicium, immo vero liberam suspensionem relinquo. Ad eam certè vxorù vsu quæ sitarum specie Plautus siue quis alius argumenti Amphitryonis auctor est, adlusisse videtur his versibus.

C ij

*In faciem versus Amphitryonis Iuppiter*

*Dum bellum gereret cum Telebois hostibus.*

*Alcumeniam uxorem cepit vsuariam.*

Nisi quis malit ex alio Prologi versu quo vsuram corporis eius cepisse eum scribit verba ea interpretari. Equidē assentiri iis non possum qui solo vsu vxores cū cōcubinis cōfundere conantur. Aliud enim semper fuit vxorum, aliud Concubinarum nomen. Nec vxorij nominis dignitas concubinis vnquam est tributa. Hoc ergo inter eas quæ quoquo modo in matrimonium conuenissent, quas Cicero, tantummodo vxores, Gellius, Matronas appellatas scribit, & Concubinas intererat quod illæ Matrimonij, hæ consuetudinis solius causa haberentur. Atque ex affectu & animo habentis ea res plerumque censebatur. Quamquam in liberæ mulieris eiusque ingenuæ quæ corpore quæstum non fecisset, consuetudine non concubinatus, sed Matrimonium intelligebatur: vt Modestinus lib. i. Regular. scribit: <sup>a</sup> qui & illud eodem libro tradiderat, <sup>b</sup> Stuprum committere eum qui liberam mulierem consuetudinis non matrimonij causa contineret. Honestæ quippe vitæ & ingenuam minimè prostituti corporis mulierem in concubinato habere nõ licebat: sed vel in matrimonio habere necesse erat vel qui hoc recusabat in legem Iuliam de adulteriis incidere stuprique crimen cōmittere iudicabatur. <sup>a</sup> Ex earum verò mulierum quæ vel in matrimonio vel in concubinato promiscuè haberi poterāt, consuetudine vtrum matrimonium an concubinatus induceretur ex destinatione animi eorum qui eas habebant pendebat. Nam si maritali eas honore & affectione viri prosequerentur, vxores: sin minus, concubinæ censebantur. Ex illis suscepti liberi, iusti ac legitimi. Ex his vulgò quæsitici ac spurij existimabantur. Quamobrem obscurum iam nemini esse puto quod concubinam ex sola animi destinatione æstimatedari oportere Paulus scribit. <sup>a</sup> Exemplum appositum supeditat Capitolinus in M. Antonino philosopho: qui Faustina vxore mortua, à secundis nuptiis cum Imperatorem abstinnisse scribit. Enisam tamen esse quandam Fabiam vt in eius matrimonium coiret: sed illum ne tot liberis superduceret nouer cam, concubinam duntaxat sibi adsciuisse procurato-

<sup>a</sup> L. In liberæ.

D. de ritu nupt.

<sup>b</sup> L. Stuprum.

D. ad L. iul. de adult.

<sup>a</sup> L. in concubinato

D. de concubin.

<sup>a</sup> L. penult.

D. de concubin.

ris vxoris suæ filiam. Aliud etiã occurrit ex Papiniano lib. viii. Responsor. quo Cocceium Casianum virum clarissimum Rufinam quandam ingenuam, pleno honore dilexisset ex eaque filiam suscepisse memorat: cum tamen pro concubina eam habuisset nec vxorio eam nomine, dignatus esset & filiam alunna nomine nuncupasset, vulgo quæsitam eam filiam indicatam refert. Itaque quæ concubina fuerat, mutata voluntate vxor haberi poterat. Testem habemus eundem Papinianum lib. xii. Responsor. Donationes, ait, <sup>a</sup> in <sup>a</sup> L. Dona concubinam collatas, non posse reuocari conuenit: Nec si <sup>b</sup> riones. matrimonium inter eosdem postea fuerit contractum ad ir- <sup>c</sup> D. de doritum recidere, quod ante iure valuit. An autè maritalis ho- <sup>d</sup> nationib. nor & affectio pridem præcesserit, personis comparatis, vitæ <sup>e</sup> coniunctione considerata, perpédendum esse respondi. Ne- <sup>f</sup> que enim tabulas facere matrimoniũ. Cui optimè quadrat <sup>g</sup> quod Quintilianus lib. v. cap. xi. ita scribit. Ex contrario nihil obstat quominus iustum matrimonium sit mente cōiunctum etiam si tabulæ signatæ non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas si mentem matrimonij fuisse non constabit. Mens ergo & voluntas viri vxorem à concubina (quæ modo in concubinato retineri iure poterat) separabat: cum ad matrimonij substantiam tabularum nuptialium obsignatio necessaria non esset. Vnde Imp. Probus Fortunato rescriptit <sup>h</sup> quã liberorum procreandorum causa domi habuerat <sup>i</sup> L. Si vi vxorem, non eò minus ei iustam vxorem esse quod tabulæ <sup>k</sup> cinis l. de nuptiales nullæ intercessissent. Dignitate item vxor à con- <sup>l</sup> nupt. cubina distinguebatur vt noster Vlpianus significat: <sup>m</sup> Atq; ideo Aelius Cōmodus Verus Spartiano referēte, vxorem di- <sup>n</sup> c. L. Itẽ le gnitatis esse nomen non voluptatis dicebat. Planè eam quæ <sup>o</sup> gato s. pe vxoris loco sine nuptiis in domo esset Pellicem ex quo- <sup>p</sup> nult. rundam sententia appellatam esse Paulus refert. <sup>q</sup> Cuius ta- <sup>r</sup> D. de le- men vocis aliam idem interpretationem ex Massurij Sabini <sup>s</sup> gat. 3. libro Memorialium adducit, vbi rectius meo quidē iudicio, <sup>t</sup> In L. li- Memorabilium legeretur. Nam hanc fuisse libri cuiusdam <sup>u</sup> br. de ver. ab eo editi inscriptionē Macrobius lib. iii. Saturnalior. cap. <sup>v</sup> signit. vi. ostendit. At Gellius pellicem appellatam probrosamque habitam quæ iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipiõque alia matrimonij causa foret, Numæ lege



lib. iij.  
Cap. iij.

docet, b in qua ita erat. Pellex ædem Iunonis non tangito. Si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnū feminam cædito. Ac de vxorum quidem generibus & differentiis satis. Ceterum antiquitus nuptiæ non nisi captatis prius auguriis fiebant, Iisque faciendis Auspices (quo nomine τῆς ἐπὶ οὐρανῶν ἱερῆς appellatos Plutarch. ἐν ἀιτίοις scribit) olim interponantur, vt Valer. Max. lib. ii. cap. i. tradit, his verbis. Apud antiquos nō solum publicè, sed etiam priuatim nihil gerebatur nisi auspicio prius sumpto: Quo ex more nuptiis etiam auspices nūc interponuntur: qui quàmuis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpantur. Sic Tacitus de nuptiis Messalinæ tractans lib. xi. & de Neronis cum Pithagora coniugio lib. xv. agens vtrubique auspiciū adhibitorum meminit. Plautus etiam in Prologo Casinæ.

*Vltro, ait, ibit nuptum, non manebit Auspices.* Cicero pro Cluentio. Nubit genero focrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus. Lucanus lib. ii. de bello Pharsal.

*Pignora nulla domus, nulli coi ere propinqui,  
Iunguntur taciti, contentique auspice Bruto,*  
Iuuenalis. Sat. x.

*Tyrius' que palam genialis in hortis  
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur  
Antiquo: veniet cum signatoribus Auspex.*  
Simmachus lib. ii. Epistol. Sororem Pompeiam olim viro maturam te auspice in manus optat accipere. Seruius in. i. Aneid. ad illum versum,  
*Cui pater intactam dederat, primisque iugarat  
Ominibus, id est auguriis.* Et secundum Romanos locutus est, qui nihil nisi captatis faciebant auguriis, præcipue nuptias. Idem in lib. iii. Aneid. ad eos versus.

*Dius equidem auspiciis reor & Iunone secunda  
Huc cursum Iliacas vento tenuisse caruias.*

Dij, ait, qui sunt auspices matrimoniorum Aeneam huc venire fecerunt. Nuptiæ enim captatis auguris fiebant. Quod ille Lucani & Iuuenalis paulo ante prolatis testimoniis cōprobat. Hinc Claudianus in Epist. ad Serenam.

*Atque vtinam sub luce tui contingeret oris,*

*Coniugis in castris & folio generi,  
Optatum celebrare diem, me iungeret Auspex  
Purpura, me sancto cingeret aula toro.*

Idem in Ruffin. lib. i. *Hac auspice tædæ*

*Oedipodem matri, natæ iunxere Thiesten.*

Seneca in Troade. Act. iij. Sc. j.

*Quicumque hymen funestus, illætabilis  
Lamenta, cædes, sanguinem gemitus habet,  
Est auspice Helena dignus.*

Ac de huiusmodi auspiciis accipiendus est ille Suetonij in Claudio locus, quo Valeriam Messalinam vxorem supplicio ad fecisse eum Imperatorem narrat, dote prius inter auspices consignata. Erat autem prosperrimi augurij nuptialibus negotiis accipitris circi altero pede claudi aspectus, vt Plinius lib. x. cap. viii. prodidit. Quinetiam his coniugalibus auspiciis antiquit° Pilumnū & Picumnū deos deputatos Nonius Marcellus Varronis auctoritate adductus in cap. de doctorū, Indagine scribit.

His ita expositis tempus est ad nouæ nuptæ cultum vestitū, ornatūque transeamus. Ac primum vt a vertice incipiam, senis crinibus eam ornari solitam reperio: siue quod is ornatus vetustissim° esset, seu quod eo virgines Vestales ornabantur, quarum castitatem viris suis nubentes spondebant, quemadmodum Sex. Pompeius tradit. Calibari præterea hasta, quæ in corpore gladiatoris abiecti occisique stetit nubitantis caput eodem auctore comebatur: vt quemadmodum illa fuerat coniuncta cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro esset: vel quia matronæ in Iunonis Curitis tutela essent, quæ ita à ferenda hasta (quæ Sabinorum lingua curis dicitur) appellabatur: vel vt fortes viros geniturā ominaretur: vel quod nuptiali iure imperio viri subiiciebatur nubens, quia hasta summa armorum & Imperij est. Hanc autem cōsuetudinem alia huius instituti addita ratione Plutar. in Romulo retulit. εἰσοὶ δὲ λέγεται καὶ τὸ τὴν κομὴν γαμῶν ἀιχμῆ διακρίνεσθαι δορατίου, σύμβολον εἶναι τῆς μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέσθαι ἀεὶ ἂν ἐπιπλέον ἐν τοῖς αἰτίοις εἰρηχῶν. Quibus verbis Plut. nos ad eum librum reuocat qui vulgo ῥωμαϊκῆ inscribitur quem tamen ipse ἀιπῶν inscripsisse vi-

detur. Verba autem eius in eo libro hæc sunt. Διὰ πῶν γαμομένων ἀιχμῆ δόρατιοῦ κόμην διακρίνει, Cuius rei causas complures, hanc verò Sexto Pompeio. concordantē adfert. ἢ τὰ μὲν πλεῖστα τῶν γαμικῶν εἰς τὴν ἡραν ἀνήπτου, ἡρας δὲ ἱερὸν τὸ δόρυ νενομίσται καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς δόρατι στήριζέται τὰ πλεῖστα καὶ Κυριπίς ἢ θεὸς ἐπινομάσθη, τὸ γὰρ δόρυ κορινθίαν ἐπέλασεν οἱ παλαιοί.

Curitis porrò Iunonis etiam Martia foelix lib. ii. de nup. Philolog. inter cetera eius deæ cognomina meminit. Necnò Sextus Pompeius Curitim ait, Iunonem appellabant quia eandem ferre hastam putabant. Ouid. lib. i. fastor.

*Sive quod hasta curis prisca est dicta Latinis.*

Eum verò de quo agere cœpimus morè idem Ouid. libr. ii. fastor. eo qui iam à me supra relatus est loco perstringit: mense Februario, quo inferis parentabatur nuptiis abstinentum hac periphrafi monens.

*Nec tibi quæ cupida matura videbere matri*

*Comat virgineas hasta recurva comas.*

Arnobius lib. ii. aduersus gentes, veteres, quosdam ritus dif-fuetudine sublatos recēns, Cum in matrimonia, inquit, cōuenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum genios aduocatis, nubentium crinem celibari hasta mulcetis. Corona deinde redimiri nouæ nuptæ consueuerant. Tertullia. in lib. de corona militis. Coronant & nuptiæ sponfos. Catull. in carmine de nuptiis Iulij & Manl.

*Cinge tempora floribus*

*Suaue olentis amaraci*

Lucanus de nubente loquens,

*Turritaque premens frontem matrona corona*

*Translata vitat, & quæ sequuntur.*

Claudianus etiam Stiliconem ad nuptiarum apparatus coronam tempora cingere sic admonet,

*Solitas galea,*

*Fulgere comas*

*Stilico molli*

*Necte corona.*

Enimverò recta tunica nouæ nuptæ induebantur qualem prima Caia Cæcilia texuit, vt est à Plinio libr. viii. Natural. histor. cap. xlviii. relatum. Quod quidem ex felici textricis coniugio

coniugio in vsum venisse non dubito, cuius memoriâ boni omnis causa in nuptialibus ritibus nouas nuptas vsurpassæ constat. Cingulo insuper nupta cingebatur, quod vir in lecto soluebat. Factū id ex lana ouis Sex. Pōp. scribit, vt sicut illa in glomis sublata, coniuncta inter se est, sic vir suus securi vincus cinctusque esset. Cingulum id Herculano nodō vincitum vir omnis gratia soluebat, vt sic ipse felix in suscipiendis liberis esset, sicut Hercules fuit qui lxx. liberos reliquit. Inde Catull. In nupt. Iul. & Manlij.

*Te suis tremulus parens*

*Inuocat: tibi virgines*

*Zonula soluant sinus.*

Et in carmine ad Ianuam.

*Nec querendum aliunde foret nervosius illud*

*Quod zonam posset soluere virgineam. Et alias.*

*Tam gratum mihi quam fuit puella:*

*Pernici aureolum tulisse malum*

*Quod zonam soluit diu ligatam*

Ouidius in Epistola Phyllidis ad Demophontem.

*Cui mea virginitas anibus libata sinistris.*

*Castaque fallaci zona remissa manu.*

Arnob. li. iii. aduersus gētes. Nisi virginalia vincula iam ferrentes dissoluerent atque imminentes mariti. Citatur & a Nonio Marcello: hic Varronis versus γέροντος διδάσκαλου. Nouus maritus taciturnus, taximulos is soluebat cingulum. Ab hac vero cingulorum replicatione Iunoni, quæ coniugalibus federibus præesse credebatur, Cinxia cognomen inditum fuit. Sex. Pompeius, Cinxia, ait, Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis quod initio coniugij solutio erat cinguli quo noua nupta erat cincta. Arnobius lib. ii. aduersus gent. Vnctionibus superest Vnxia, Cingulorū Cinxia replicationi. Ex quo emendandus est Martiani felicitis locus, apud quem lib. iii. de nuptiis philolog. in ea oratione quam Philologia ad Iunonem habet, ita vulgò legitur. Iterducam, & domiducam, Vnxiā, Cinxiaque mortales puellæ debent in nuptias conuocare: vbi Cinxiam proculdubio legendum est. Iunoni autem multos habitos in nuptiis honores, quod ea iungendis & conciliandis matrimoniis præesse

conferetur præter Plutarchi supra citatum locum Ovidius non semel in Epistol. Heroidib; indicat. Veluti in Epistol. Phyllidis ad Demophoont. *τοῦτο ἐπιπέμπει τὸν Πυθῶνα Ἰουονέμῃ τῆς τοῦ Ἰουὸν ἑσπέρης ἀλμῆς* Et in Epist. Medæ ad Iaso.

*Conscia sit. Iuno sacris præfecta maritis*

Et in Epist. Hipsipyles.

*Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba Iuno, Ad fuit.*

Sed & Virgil. lib. IIII. Aeneid.

*Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ.*

Stattius Papin. In Syluis.

*Dat Iuno verenda*

*Vincula & insigni geminat concordia tæda.*

Iunonem plane nuptiarû præsidem Dio Chrysostomus oratione septima quæ Euboica aut venator inscribitur, vocat. Eaque ratione *τελείας* cognomine à Græcis Iuno ornatur.

Plutarc. *ἐν Ἀπίοις* quæstio. secûda *πέντε δὲ ἔειπεν θεῶν τὰς γαμῶνας οἰοῖται. Διὸς τελέου καὶ Ἥρας. τελέας καὶ ἀφροδίτης καὶ πειθῆς, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀριέμεδος.* Non enim adulta Iuno eo verbo exaudienda est, quemadmodum illic perperam interpres vertit, sed nuptiarum præses: Epitheton namque hoc à voce *τέλος* descendit quæ antiquis nuptias significabat. Pollux. lib. III. *ονομαστ. προσελέσθαι ἐλεῖν ἢ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νύμφιοι καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ προσελεῖται οἱ γαμηκός. Διὰ τὸ καὶ Ἥρα τέλος ἢ συγγία. ταύτῃ γὰρ τοῖς προσελεῖται προσελεῖται & quæ sequuntur. Suidas. Ἥρα αἰτ, τέλος καὶ ζεύς τέλος, ἐπιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις ὡς ἀρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων. τέλος δὲ ὁ γάμος. Διὸ καὶ προσελεῖται ἐκαλεῖτο ἢ ἦσσι ἢ προσ τῶν γάμων.*

Eustath. in II. Iliad. *τέλος γὰρ, αἰτ, ὁ γάμος ὅθεν τελείους τὰς γαμηκότητας ἐλεῖται* Idem in XII. Iliad. *ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν τέλος, ὁ σημαίνει τὸν γάμον, τὰ προσελεῖται: ὡν λέγεται μὲν μόνη τῆς αἰτίας Διονυσίου, ἐρμηνεία δὲ τῆς παυσανία εἰπὼν, ὅτι προσελεῖται ἢ τῶν γάμων ἡ ἴσως τὰ λεγόμενα θεῶν ἡσσι. ἐκείθεν δὲ καὶ τέλει οἱ γαμηκός καὶ τέλει ἡναι τὸ γάμον* Itaq; τέλος Iuno nihil aliud quàm γαμηκόν significat quod Epitheton Iunoni tributum Seruius in IIII.


Aeneid. ad verbum *Et Iunone secunda*, notat. Quem quidem interpretis Plutarc. erroré eò dissimulandum nò putavi, quod eo quoque in fraudem illectum Ludouicum viuem videam

in suis ad cap. XXII. lib. IIII. de ciuit. dei Commentariis. Iunoni vero τῆς τελείας sacra facientes fel cum reliquis victimarû extis non porrigebant, sed demptum & diuulsum abiciebāt, mystice significantes bilem omnem atque iracundiam à nuptiis abesse oportere. Quod me Plutarch' *εἰ γαμηκοῖς παραγάμμασι* docuit. Sed est ille eius auctoris locus in Frobenianis codicibus duobus in verbis corruptus. Sic enim scriptum habent. *οἱ τῆ γαμηκία ἡσσιες ἦρα τὴν σχολὴν & συγγαγαγίσει τοῖς ἀλλοῖς ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἐρρίψαν τῶν βαμὸν ἀνιπομόνους τὸ νομοῦτες, τὸ μηδὲ ποτε δέειν σχολὴν μηδὲ ὄργην γάμοις ἀρριεῖναι.* Atqui legendum est *γαμηκία ἡσσιες ἦρα* Rurfus, *σχολὴν* id est fel, non *σχολίω* quod aliud penitus significat. Qui me locus admonet vt aliud huic ad finē & cognatū apud eundem auctorem librariorum vitio commissum erratum, corrigam. Nam in Numa quo loco anni menses recenset, passim ita scriptum est. *τῶν δ' ἐφεξῆς τὸν μῆνα μῆσιον καλεῖται, ἄπο μαιίας, ἐρμῆ γὰρ ἀφιέρωται, τὸν δὲ ἰδύμιον ἄπο τῆς ἄρας.* Vbi ἦρας legendum esse contendendo. Idque sequentia verba manifestè demonstrant in quibus ita est. *εἰσι δὲ πέντε οἱ τῶν γαμηκίας ἐπιμῶνες, ἀνα λέγοντες προσεβυτέρως καὶ νεώτερος, μακρότης γὰρ οἱ προσεβύτεροι παρ' ἀλλοῖς, ἰσχυρότης δὲ οἱ νεώτεροι καλοῦνται.* Apparet enim Plutarchū duplex Iunij mensis etymon attingere, quem à Iunone nonnulli, à iunioribus alij dictū censeant. vt & idem *ἐν ἀπίοις* & Macrob. lib. II. Saturnal. cap. XII. testis est. Iunius, inquit Maium sequitur: aut ex parte populi vt supra diximus, nominatus: aut vt Cingius arbitratur, quod Iunonius apud Latinos ante vocitatus, diuque apud Aricinos Prænestinosque hac appellatione in fastos relatus sit, adeo vt sicut Nisus in commentariis fastorum dicit, apud maiores quoque nostros hæc appellatione mensis diu manserit. Sed post detritis quibusdam literis ex Iunonio Iunius dictus sit. Censorinus in lib. de die natali cap. XVII. Iunium quoque à Iunone potius quàm iunioribus: quod illo mense maximi Iunoni habentur honores. Quibus & Bedam in lib. de ratione tempor. adde. Hanc certelectione omni scrupulo amoto rectâ esse D. Amiotus Abbas Bellofanensis vir rara doctrinæ, & ea quam magna cū laude sustinet, regiæ institutionis cura verè dignus, mihi scriptorum codicum auctoritate comprobavit: qui & illud me

docuit in eadem Nuptia vita paulo post in Februarij mensis  
 etymologia mendum esse. Nam cum vulgò *χρη τοις φυτοις*  
*αδελφισαι τοις λεγαται τοις φητοις* legendum esse veteres codi-  
 ces quos ille accuratissime euoluit, ostendunt. De cuius lectio-  
 nis veritate nemo dubitabit qui eo mense iusta Diis mani-  
 bus solui, & mortuis parentum solitu secum reputabit. Quod  
 ex Ouidii Fastis, Macrobio lib. ii. Saturn. cap. xiiii. aliisque ve-  
 terum scriptis cuius in promptu esse potest. Verum, vt ad  
 propositum redeat oratio, ex ea superstitiosa gentiliū opi-  
 nione quam de Iunone animo conceptam habebant, multa  
 ei Deæ secundum munerum, potestatum ac in re vxoria of-  
 ficiorum varietate ac diuersitate cognomina indita fuisse  
 obseruauit. Primum enim a coniunctione maris & femine  
 Iuga Sexto Pomp. teste vocabatur, ex eplio Græci sermonis quo  
 Ζυγία vocabatur. Quod nomen Apuleius Gracillans lib. vi.  
 de Asino aur. v. furpauit. Quæ appellationis huius notatio à  
 Dionysio Halicar. his verbis comprobatur. Ζεις γαρ χη ηρα  
 αραιοι ζευγνυσες τε χη συνδυαζοιτες ετω τοι α μδν χη πατηρ χε-  
 λειται παλλων, η δε ζυγία ετω τε ζευγνοναι το φηλο τω αρρενι.  
 Musonius etiam, *απδε αιτ μεσαι χη ε ζυγισσιν δεστων ον χαλεπος εστ χη*  
*ταυτη δηλον. θεοι γαρ εστινε ο πευεσ αι αυλον χη δε νομιζοιται παρ αυθηρα-*  
*τοις μεγαλοι. καρωτων μδν ηρα χη δια τς το ζυγίαι αυττω ερετα-*  
*σρευσθιν.* Quod vero de iugo matrimonio contrahendis im-  
 poni solite Seruius & post eum Isidorus commemorat, quia  
 idoneorum & locupletum auctorum testimonio ab eis non  
 firmatur, admittere non ausim. Nec sum nescius Plauti ex  
 Curculione versusum ad hanc rem proferrī posse in quo ita  
 est, *Iamne ea fere iugum?* Sed id μεταφορικως dictum esse pro-  
 babilius est quemadmodum illud Horatij, *Nondum subacta*  
*ferre iugum valet, Ceruice.* Vt autem à matrimoniorum con-  
 iunctione Iuga & zygia, ita à mulieris in domum mariti de-  
 ductione Domiduca, & Iterduca, à cingulo nouæ nuptæ Cin-  
 xia, ab vnctione, Vnxia Iuno appellabatur. Et ita actui cui-  
 que peculiare numen stulta gentilitas assignabat. Quam ri-  
 diculam eorum superstitionē B. Augustinus lib. vi. de ciuit.  
 Dei cap. ix. ita exagitat. Cum mas & femina coniunguntur,  
 adhibetur deus Iugatinus. Sit hoc ferendum: Sed domū est  
 ducenda quæ nubit. Adhibetur Deus Domiducus. Vt in do-

mo fit adhibetur Deus Domitius, vt maneat cum viro addi-  
 tur dea Manturna. Et paulo post, Impletur cubiculum tur-  
 ba numinum quando & paranymphi inde discedunt. Adest  
 dea Virginensis & Deus pater Subigus, & dea mater Prema  
 & dea Partunda & Venus & Priapus. Virginensis quidem, vt  
 ibidem indicat, ad hoc vt virginizone soluatur. Subigus vt  
 viro subigatur. Prema, vt subacta ne se commoueat, com-  
 primatur. Cuiusmodi etiam ineptias Arnob. lib. iii. aduersus  
 gent. scite ridet. Verum vt ad instituta pergamus, Coronam  
 ex verbenis à se lectis compositam noua nupta Sex. Pomp.  
 teste, sub amiculo ferebat. Eandem & foccos luteos gestasse  
 Catullus suspicandum relinquit. Sed vt hoc obscurum est,  
 ita velo obnubi solitam cum ad virum deduceretur, tam cer-  
 tum est quam quod certissimum. Tertullianus de virginib.  
 veland. Atquin, ait, etiam velata ad virum ducuntur. Vnde  
 nuptiarum nomen ductum esse consentiens in vnum omniū  
 Grammaticorum fert opinio. Nubere enim & obnubere pri-  
 scis velare & operire significabat, vt Sex. Pomp. non vno lo-  
 co, Non. Marcell. & alij complures notant. Quo in signifi-  
 cato Arnob. lib. iii. aduersus get. hoc verbo vsus est. Quod  
 aqua, inquit, nubat terram, appellatus est cognominatūf-  
 que Neptunus. Caper in lib. de orthograph. Vir ducit, mu-  
 lier nubit, quia pallio obnubit caput suum genasque. Velū  
 autem id quo nuptæ caput operiebatur, Flammeum vocaba-  
 tur: quo boni ominis gratia eas velari solitas Sex. Pomp. tra-  
 dit, idcirco quod eo alsidue Flaminica vteretur, cui diuortiu  
 facere non licebat. Sueton. in Nero. ca. xxv. Puerum Spo-  
 rum ex cæcis testibus etiam in muliebrem formam trāsfigura-  
 re conatus est, cum do te & flammeo per sollempne nuptiarū  
 celeberrimo officio ad se deductum pro vxore habuit. De  
 quo Imperatore etiam Tacit. lib. xv. agens. Ipse, inquit, per-  
 licita atque illicita foedatus nihil flagitij reliquerat, quod cor-  
 ruptior ageret: nisi paucos post dies vni ex cõtaminatorum  
 grege cui Pythagoræ nomen fuit in modum sollempniū con-  
 iugiorum denupfisset. Inditum Imperatori flammeum. Mar-  
 tial. lib. xi. Epigrammat. *Flammea texantur sponsa, nam virgo parata est.*  
*Tondebit pueros iam noua nupta tuos.*

D iij



Idem lib. xii.

*Proluxere faces, velarunt flammea vultus.*  
Iuuenalis Sat. vi. de muliere crebris diuortiiis maritos mutante.

*Permutat que domos & flammea conterit.*

Quintilian. declamatio. cccvi. Operiet flammeo canos. Tertullian. in lib. aduersus Valentiniā. His nuptiis rectè deducèdis pro face & flammeo tuus credo ille arcanus ignis erumpet. Apuleius Apolog. ii. Venit igitur ad eum noua nupta secura & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto. Ambrosius in libr. de viduis. Suasimus fateor, vt vestem mutares, non vt flammeum sumeres, vt à sepulchro recederes, non vt thalamum præparares. Proinde Catullus initio carminis de nuptiis Iuliæ & Manlij; Hymeneum ad flammeum capiendum excitat. Et alio eiusdem carminis loco,

*Tollite, ait, pueri faces,*  
*Flammeum videor videre.*

Claudian. in Epithalamio,  
*Iam nuptia trepidat sollicitus pudor*  
*Iam produnt lachrymas flammea supplices.*

Idem libr. ii. de Raptu Proserp.  
*Et vultibus addunt*

*Flammea sollicitum prævelat ira pudorem.*

Idem in carmine Honorij & Mariæ  
*Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus*  
*Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.*

Iuuenalis. Sat. x.  
*Cui nubere Cæsaris vxor*

*Destinat, optimus hic, & formosissimus idem*  
*Gentis patriæ rapitur miser, extinguendus:*

*Mæssalinæ oculis, dudum sedet illa parato*  
*Flammeolo.*

Seneca in octauia, de Poppæa Neroni nubente.  
*Velata summum flammeo tenui caput.*

Martianus Capella lib. v. de nuptiis Philolog. In quibus, ait, species rerum collocandæ sunt, veluti nuptiarum, velatam

flammeo nubentem. Idem libr. ix.

*Flammea virgineum quæ obnubere sueta pudorem*

*Regina deme pronuba*

Apuleius rursus. lib. iiii. de asino aur. Iā feraliū nuptiarū miserimæ virgini choragium struitur. Iam tædæ lumen atræ fulginis cinerem arcessunt, & sonus tibiæ zygæ mutatur in querulum lydij modum, cātusque lætus hūmenci lugubri silulatu, & puella nuptura deterget lachrymas ipso flammeo. Hoc vero velamen luteū erat, vt hæc Plinij verba declarant quæ ex eius lib. Natur. histor. xxi. cap. viii. apposui. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum feminis concessum, & fortassis ideo non numerari inter principales hoc est communes maribus ac feminis, quoniam societas principatum dedit. Ex quo Lucan. lib. ii. de bello Pharsal.

*Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem*

*Lutea demissos velarunt flammea vultus.*

Rapi planè, vt Sextus Pomp. auctor est, simulabatur virgo ex gremio matris, aut si ea deesset, ex proxima necessitudine tum cum ad virum transferebatur: propterea quod ea res Romulo feliciter celsisset, qui per vim sibi suisque ex Sabinis vxores quæsiuit. Ex quo illud Catulli,

*Qui rapis teneram ad virum*  
*Virginem.*

Exposui quo cultu atque ornatu noua nupta ad virū procederet. Vnde lucè accipiet Halicarnassei hæc verba ex lib. iiii. Antiquit. *μετὰ τὸ το πλὴν γυναικῶν κοσμοσακεδύλιω οἷς ἔτος ἔστι κοσμεῖσθαι τὴν γαμμεδύλην.* Deinceps de pompæ apparatu ac traductionis ritu agam. Sollemnis autem moris fuisse, vt in viri domum tanquam coniugij mansionem ac domicilium nuptæ traducerentur, ab uide libro primo Selectarum ex iure ciuili Antiquitatum, multis iureconsultorum & aliorum auctorum testimoniis probauimus: quæ quod inde facilimè peti possint hūc transferenda non censui. Vnde vxorem ducere quasi domum ducere, imminutè Latini dicunt, quemadmodum ex compluribus Plauti locis patet. Sic enim in Aulularia

E. *Quod sempiternum tibi salutare sit procreandis liberis.*

M. *Ita dij faxim. E. volo te domum vxorem ducere.*



Idem Trinummo Actus.v. Sc.ii. *Nunc quid causæ est quin uxorem cras domum ducatis*  
 Et in Epidico, Actus.ii. Sc.ii. *Genere natam bono pauperem domum ducere uxorem*  
 Idem Cistellar, Act.ii. Sc.ii. *Illam extnudet cum hanc uxorem ducet domum.*  
 Iterum Act.ii. Scen.ii. *Ei nunc alia ducenda est domum*  
*Sua cognata:*  
 Atq; ex hoc more repetenda est eius ratio quod iure civili cauetur a nuptiis mulierem domicilium suum mutare, & in viri domicilium transire. Quod & ex iuris disciplina Seruius adnotat ad illum Virgilij versum lib.iii. Aeneid. *Et patrio Andromachen iterum celsisse marito.*  
 Item vnam post matrimonium viri & vxoris domum dici mihi rãdum non est, *Νοῦ ὄικον* vt Plutarch. lib.iii. Sympotiacor, cap. iii. scribit; *εἰς τὸ αὐτὸ οἰκίον τῶν*. Planè eam quæ desponsata est, ante contractas nuptias non mutare domicilium Modestinus belle tradit, & quod in domum viri nondum sit deducta. Hanc autem conditionem, si in familia nupserit, impletam videri statim atque ducta est vxor, quãuis nondum in cubiculum mariti peruenerit, traditum extat. Enimuerò deductio hæc vesperè fiebat. Antiquitus siquidem non nisi noctu mulieres ducebantur vt Sex. Pompeius libr. xiiii. & Seruius in viii. Eclog. Virgilij ex Varrone, scribunt. Vnde Valerius. Max. lib. i. cap. v. At Cæcilia Metelli dum sororis adultæ ætatis virginis more prisco noctu connubia nuptialia petit, omen ipsa fecit. Tacitus quoque libr. xi. à Nerone cum Pithagora cõfectas nuptias referens. Et interdum, ait, in viro nubente spectata quæ etiam in femina nox operit. Hæc ratio est, cur noctè adesse in Epithalamio Catullus moneat, his versibus, *Vesper adest, iuuenes consurgite: vesper Olympo.*  
*Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas.*  
*Iam veniet virgo, iam dicetur hymeneus.*  
 Pari de causâ Claudianus in Epitalamio Hesperii ortum præcinit.  
*Attollens thalamis Idalium iubar*

a l. Exige  
 re. D. de  
 iudic. l.  
 cū quadã  
 puella D.  
 de iuris d.  
 omni iud.  
 l. vlti. §.  
 Itẽ rescri  
 pserunt. D.  
 ad muni  
 cipal. l.  
 vltim.  
 C. de icol.  
 bl. i. §. Si  
 vir D. ad  
 Sen. Syll.  
 cl. Ea quæ  
 D. ad mu  
 nicipal.  
 a l. cū fue  
 rit. D. de  
 conditio.  
 & demõ  
 str.

Dilectus

*Dilectus veneri nascitur Hesperus.*  
 Idem lib.ii. de raptu Proserpinæ.  
*Iam suus inferno processerat Hesperus orbi.*  
 Pueri verò patrimi tres nubentem Sex Pomp. teste deducebant, quorum vnus, facem præferabat, reliqui duo nubetem tenebãt. Vnde Catullus in Carmine de nuptiis Iul. & Manl.  
*Mitte brachiolum teres*  
*Prætextate puellulæ.*  
 Fax porrò ea quæ præferabatur, ex spina alba fiebat, vt idem Pomp. scribit. Ideòque Catullus in illo carmine cuius modo testimonium citauit.  
*Pelle, inquit, humum pedibus, manu*  
*Spineam quate tædam.*  
 Eaque ratione Plinius, spinam nuptiarum facibus auspica-tissimam dixit. Non desunt tamen qui nuptiales faces ex pinu confici solitas omni asseueratione contendunt, & apud Catull. legendum censeant, *pineam quate tædam*. Mouentur Ouidij versibus ex lib.ii. Fasto. quò loci à coniugio per aliquot dies abstinentum hac periphrafi suadet.  
*Dum tamen hæc fient, viduæ cessate puellæ*  
*Expectet pueros pinea tæda dies.*  
 Quamquam illic absque vilo versus vitio, rectè spinea tæda legi possit. Sed proferam alios locos, qui eandem immutationem non ferant. Varro libr. ii. de vita Pop. Rom. vt est apud Noniũ. Cùm à noua nupta ignis in face adferretur foco Ædilis sumptus (Sic enim lego) fax ex pinu ablata esset, vt eã puer ingenuus adferret. Idem Varro *γέροντος διδασκάλου* Romæque noctu initia fieri solita, etiam nunc pinea fax indicat. Quem ego Varronis locum, ad hanc questionem ea ratione accommodari posse censeo, quòd in honorem Cere-ris faces in nuptiis prælatas Sex. Pomp. tradit. Tametsi Seruius in viii. Eclog. Bucolic. Virgilij, nulli id religioni acceptum fert, sed ex eo inoleuisse Varronis auctoritate fretus, scribit, quòd non nisi noctu antiquitus à sponsis vxores ducerentur. Confirmat verò illam de pineis facibus opinionè Virgilius in Ciri, cùm ait.  
*Pronuba nec castos incendet pinus amores.*  
 Seneca in Medæa choro primo.

E

*Multi fidam iam tempus erit succendere pinum*

*Excute solemnem digitis marcentibus ignem.*

Rursus idem Varro apud Charisium Sosipatru: In Asia, ait, fax ex spina alba profertur, quod purgationis causa adhibetur. Sanè spinæ albæ ad maleficia depellenda vim inesse antiquitas credidit. Ouid. lib. v. i. factor.

*Sic fatus spinam, qua tristes pellere posset,*

*A foribus noxas, hæc erat alba, dedit:*

Et postea,

*Virgâque ianalis de spina ponitur alba,*

*Qua lumen thalamo parua fenestra dabat.*

*Post illud neque aues cunas violasse feruntur:*

*Et rediit puero qui fuit ante color.*

Verum quid prohibet ex variis arborum generibus, faces nuptiarum confici solitas dicere? Plinius enim in eo, cuius supra testimonio usus sum, loco, spinum quidem facibus nuptiarum auspiciatissimam fuisse scribit, suis tamen temporibus Carpinium & Corylum facibus familiarissimas fuisse subiicit. Potest autè hic facium in nuptiis præferendarum mos aliis præterea testimoniis comprobari. Plautus Casina Act. i. Sc. i.

*Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem.*

Seneca in Octauia Act. ii. Sc. ii.

*Hic mihi iugales præferat tædas deus,*

*Iungatque nostris igne Poppæam toris,*

Et iterum Act. iii. Sc. i.

*Tellure rupta, Tartaro gressum extuli,*

*Stygiam cruenta præferens dextra facem.*

*Thalamis scelestis: nubat his flammis meo,*

*Poppæa nato.*

Idem Act. i.

*Quæ nupta demens, nupsit incesta face.*

Et aliàs. *Coniugem captam sibi.*

*Toris nephandis flebili iunxit face.*

Cicero pro Cluentio Auito. Non timuisse si minus vim deorum hominumque famam: at illam ipsam noctem, facèsque illas nuptiales.

Virg. Eclog. viii.

*Mopse nonas incide faces, tibi ducitur vxor.*

Claudianus in carmine de nuptiis Honorij & Mar.

*Alij funalibus ordine ductis*

*Plurima ventura suspendunt lumina nocti.*

Ambrosius in lib. de viduis. Vel cū accensis funalibus mox ducitur, nonnæ pompæ funebris exequias magis putat, quàm thalamum præparari?

Statius Papinius in Syluis nuptiarum, quâdam celebritatem describens.

*Fronde, ait, virent postes & feruent compita flammis.*

Possent & ex Epigrammatis Græcis complura de nuptialibus facibus loca congeri. Eas faces Catullus in carmine de nuptiis Pelei: & Cato in li. de re Rustica non semel tædas iugales vocant: Valerius Flaccus faces iugales lib. ii. Argonauticor. appellat. Lucanus lib. ii. de bello Pharsal. faces legitimas. Statius Papinius tædas geniales, in Genethliaco Lucani lib. ii. Syluarum: & festas tædas lib. 3. Syluar. vt & Claudianus lib. ii. de raptu Proserpinæ: Plutarchus *ει αἰτίοις* a Romanis cereos appellatos tradit: vbi & illud adnotat quinque nec plures nec pauciores in nuptiis accendi solitas faces. Est etiâ ibidem obseruandum, quod nostram illam de restitutione loci eius, quem paulo ante ex Varrone protuli, coniecturam confirmat apud Aediles accendi faces consueuisse. Hinc & nuptias sanctæ foedera tædæ. Silius Italicus lib. vi. nominat. Fax autem illa quâ prælucente noua nupta ducta erat, rabi ab amicis consueuerat, ne aut eam sub tecto viri vxor ea nocte poneret, aut vir in sepulchro comburendam curaret, quo utroque alterius mors captari putabatur. Enimuero silentio præterire non possum quod quibusdâ visum iri posse scio, in altum tolli nubentes priscis temporibus consueuisse: Quæ de re nos subtilis ingenij vir noster Loifilius, ex Optati Afri. lib. vi. admonuit, quo loco in Donatistas qui virgines post crines semel solutos ad iteratam professionem adegerant, ita inuehitur. *Inuenistis igitur huiusmodi virgines, quæ iam spiritaliter nupsierant, quasi secundo coegistis ad nuptias: vt crimes iterum soluerent imperastis. Hoc, nec mulieres patiuntur quæ carnaliter nubunt: ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festiuitas. Non in altum tollitur, non populi frequentia procuratur. Vt ex sua id gentis potius quàm Latæ mo-*

*ribus ab Optato mihi videtur esse dictum.*

Compertum siquidem habeo apud Pœnos, Græcos, Aegyptios vltu receptum fuisse, vt nubentes fellæ infidentes, currûque sublimes vectæ à patris domo in mariti domicilium transferrentur. Quod ego Apulei, Pollucis, Synesij, Suidæ testimoniis ita apertè comprobabo vt nullus dubitationi reliquus sit futurus locus. Apuleius quidem Apologia pro seipso secunda sic habet. Venit igitur ad eum noua nupta fécura & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flāmeo obsoleto, virgo rursus post recens repudium nomen potius asserens puellæ, quàm integritatem. Vectabatur Octaphoro. Vidistis profectò qui adfuitis, quàm improba iuuenum circumspexitrix, quàm immodica sui ostentatrix. Pollux vero lib. iiii. Onomast. cap. iiii. ὅτι ζεύγος δὲ, inquit, αἱ νύμφαι ὡς ὅτι τὸ πολὺ μετῆσαν. Quod lati⁹ ac copiosius à Suida exponitur in voce ζεύγος. Ζεὺς ἑαίτες ait, τὴν λεγομένην κληνίδα ἢ ὅτιν ὁμοία δένδρον, τὴν τῆς νύμφης μέθοδον ποιήσασα. ἡ δὲ λαβύριος δὲ αὐτῆν ἐκ τῆς πατρῴας ἐστίας ὅτι τὴν ἀμαξάν ἀγασσιν ἐς τὰ τῆς γαμήλιος ἐσπέρας ἰκανῆς καὶ ἡλίαι δὲ τρεῖς ὅτι τῆς ἀμαξῆς, μέση μὲν ἢ νύμφη, ἐκατέρωθεν δὲ ὁ νύμφιος καὶ ὁ παροχος. Synesius quoque Epist. iiii. de puella post patris funus nubente agens, quem nos, quod eius verba paulo obscuriora sint, Latine loquentem faciemus. Vix ergo, inquit, expectato septimo die quo nos iusta mortuo feceramus, epulumque funebre agitaueramus anum deliram nutricem suam in vehiculum mulis iunctum tollens, meridie, quo tempore forum populi frequentia repletum erat, insignibus nuptialibus ornata, pompæ more currum agens rectà Teuchira (nomen id est vrbs Cyrenaicæ præfecturæ) contēdebat. Futurum enim est vt sequenti die fasciis redimita caput, ac Cybeles instar turrata urbem circumeat & oberret. Hæc ille. Sed & Constantinopoli idem vsu receptum fuisse videtur, quemadmodum indicio sunt Claudiani uersus, quos ex carmine de nuptiis Honorij & Mariæ subiungam.

*Ante fores iam pompa sonat, pilentæque sacram*

*Præradiant ductura nurum: calet obuius ire*

*Iam princeps.*

At vero priscis Romanis quorum duntaxat ritus exequi

mihi propositum est, curulem illam nouæ nuptæ transfuentionem in vsu fuisse nusquam legi. Quinimo à pueris patrimis & matrimis duobus manu ductam nubentem Sext. Pomp. non obscure significat. Nubentes planè colus cõpta cum fuso & stamine comitabatur. Cuius moris grauisima duo testimonia proferam. Vnum ex Plutarch. ἐν αἰτίοις. τὴν νύμφην, ait, εἰσάγουσιν, νάκος ὑποτρωνύσσι, αὐτὴ δὲ εἰσφέρει μὲν ἡλακράτην καὶ τὴν ἀτρακτον. Alterum ex Plinio, apud quem lib. vii. Natur. histor. cap. xlviii. ita est. Lanam cum colo & fuso Tanaquil, quæ eadem Cæcilia vocata est, in templo Sangi durasse prodente se auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam vndulatam in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vsus. Inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta, cum fuso & stamine. Illam autem de colo & fuso Caia Cæcilie obseruatione nec Plutarch. prætermisit, cuius hæc sunt in illo eodem libro verba. ἢ διὰ τὴν γαίαν καὶ κίλιαν καὶ λην καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα τῶν ταρκυνίς παιδῶν ἐπισηνοικησασαν, ἢ ἐν τῷ τῆς σαγγίτις ἱερῷ χαλκῆς ἀνδρίας ἐστηκεν, ἐκείτο δὲ πάλαι καὶ σανδαλία καὶ ἀτρακτοί. Quo loci σαγγίτις pro σαγγίτι scriptum esse prima facie quis superioribus Plinij motus verbis iudicaret. Et ita certè Genium eum nuncupat Liuius lib. viii. Aedes eius, ait, quæ essent in Palatio diruendas: Bona Semoni Sango censuerunt consecranda. Quod ex eis redactum, ex eo ænei orbes facti, & positi in sacello Sangi versus ædem Quirini. Nam & Genij Sangi sacellum in eadem cum nouo Quirini templo regione vrbs Romæ, Pub. Victor & Sex. Ruffus collocant. Idè Liuius lib. xxxii. Veliter ni ædè fuisse Sangi narrat. Sextus etiam Pomp. li. xiiii. Propter viam, ait, sit sacrificium quod est proficiscendi gratia Herculi aut Sāgo, qui scilicet idè est Deus. Lactātius Firmia. lib. i. Diuinar. Institutio. cap. xv. Priuatim vero singuli populi, gentis aut vrbs cõditores, seu viri fortitudine insignes erant, seu femina castitate mirabiles, summa veneratione coluerunt, vt Aegyptij Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrium, Pœni Vranum, Latini Faunum: Sabini Sangum (aut, vt alij codices habent, Sancum). Verum M. Cato in Originum fragmētis, quem Sabini Sangum (nam illic Sangnum vitiosè scriptum est) dicerent, Romanos Sanctum pronunciasse,



Barbaros Sagam dixisse notat. Vtrumque etiam promiscuè dictum B. Augustinus lib. xviii. de Ciuit. dei. cap. xix. declarat. Sabini etiam, ait, regem suum primum Sangum siue, vt aliqui appellant, Sanctum retulerunt in deos. Vt proinde *σάγκλις* scriptura apud Plutarchum mutanda esse nõ videatur: quam video Latinorum quoque auctorum in libris hæsisse: veluti apud Ouid lib. vi. Fastor: vbi deus hic aut Semideus potius, quo de agimus, idem esse cum Fidio & Hercule declaratur his versibus.

*Quærebam Nonas, Sancto Fidione referrem,*

*An tibi semipater. Tunc mihi Sanctus ait.*

*Cuiusque ex illis dederis, ego munus habebō:*

*Nomina terna fero: sic voluere Curcs.*

*Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini:*

*Inque Quirinali constituere iugo.*

Apud Silium etiam Italicum lib. viii. de bello Punico, quo loco de Nursinis & Tetricæ rupis accolis agit, versus hileguntur.

*Ibant, & læti pars Sanctum voce canebant*

*Auctorem generis: pars laudes ore ferebant*

*Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus*

*Dixisti populos magna ditone Sabinos.*

Sed & Varro (ex cuius recognitione magnã a philologis omnibus gratiã Vertranuis Maurus raræ vir & recõditæ doctri næ iniuit) lib. iiii. de Lingua Lat. Vnde, ait, sub Dio, Diuo. Dius fidius. Itaque inde eius perforatũ tectũ vt videatur Diuum id est coelum. Quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere. Aelius Gallus Diuum fidium dicebat, Diiouis filium *Δίοσκυρον*, Castorem, & putabant hunc esse Sanctum ab Sabina lingua & Herculem a Græca. Accedat & Dionysij Halicar. auctoritas, cuius hæc sunt lib. iiii. verba *τῶν τετῶν ὀρκίων ἔστι μνημῆιον ἐν ῥώμῃ κείμθον ἐν ἱερῶ *Δίοσπιτις*, ὃν ῥωμαῖοι σάγκλιον καλεῖσι.* In quibus verbis conuertendis aptius meo quidem iudicio Diuum Fidium quam Iouem fidei præsidem interpres dixisset. De eo etiam accipiendum est quod apud eundem auctorem lib. ii. de Medio fidio narratur: Quem locum consulendum cuique relinquam: dum tamen errati, quod illic deprehendet, monitorem me & præmonstratorẽ

habeat. Nam *μῆδρον φαβιδιον* cum vitio scriptum inueniet pro *μῆδρον φιδιον*. Non ab simili errore apud Sex. Ruffum in descriptione regionis tertiæ vrbs Romæ Sãgi fidoni pro Fidij scriptum esse faciliẽ existimarim. Eius vero simulacrum ex marmore antiquo in libro Epigrammat. vrbs Romę expressum est. Quin & in inscriptione quadam. Reatina ita habetur, *SANCTO FIDIO SEMIPATRI DE DECVM.A VICTOR TIBEI LVCIVS MVMVS DONVM MORIBVS ANTIQVEIS PRO VSVA HOC DARE SESE IVSSVM ANNO SVO PERFECIT.* In qua inscriptione Semipatris appellatio ad enarrationem Ouidij versuum notanda est. Atque vt in hoc vocabulo, diutius, quamquam non sine fructu, immorantẽ me æquiore animo philologiã studiosi ferant, adiciam pro coronide, epitheti quod à Liuiio Sango huic tribuitur, explicationem: qua gratum me eis fecisse, si candidi sunt, adgnoscent. Quotus quisque enim est qui in eum Liuij locum incidẽs quo Semonem Sangum nominat, insolentia vocis turbatus nõ hæsitet, ac subsistat? Eius certẽ vocis vim ac potestatem vnus mihi Fulgentius Placiades in libello obscurarum vocum ad Calcid. patefecit: cuius vt in scriptis libris (quorum ope libellum eum aliquando integritati suæ restitui posse nõ diffido) habetur, producã. *SEMONES*, ait ille, dici voluerunt Deos, quos nec cœlo adscriberent obmeriti paupertatẽ, sicut sunt Priapus, Hippona, Vertumnus. Nec terrenos eos deputare vellent, pro gratiæ veneratione. Sicut Varro in Mystagogorũ libro ait. Semonẽque inferius derelicto, Deum depennato atollam orationis alloquio. Ex quo auctore (nec enim alij indicij precium & *τὰ μνημῆια* deberi puto) postea Merulam & Beroaldum eius vocis sensum affecutos deprehendi. Vnde Semonẽ Sangum id est Semideũ & Medioximũ Liuius dixit. De his autem Deorũ gradibus atque ordinibus vidẽdus est Apuleius in lib. de Dogmate Plato. & iterum in lib. de Deo Socratis & Martia. Capel. li. i. de nup. Philolog. Sed labor longius à proposito, ad quod tamẽ non ante reuertar, quàm admonuero à Plutarcho reliquos omnes auctores in eo disidere, quod non vnus ex Tarquinij liberis, sed Tarquinij Prisci vxorẽ Caiam cæciliam quæ

eadē Tanaquil vocitata est, fuisse scribāt. Quæ de causa Sex. Pópeij verba, quod ad rem apprimè faciāt, subiūgēda duxi. Caia Cæcilia, ait, est appellata vt Romā venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat: vxor Tarquinij Prisci Romanorū regis: quæ tantæ probitatis fuit vt id nomē ominis boni causa frequentēt nubētes: quā summā adseuerāt lanificā fuisse. Iulius Paris in Epito. libr. x. Valer. Max. Ceterum Caia vsu super omnes celebrata est. Fertur enim Caiam Cæciliā Tarquinij Prisci regis vxorem, optimam lanificam fuisse. Quid ergo? Erroris aut oscitantæ reum Plutarchum agemus? Mihi crimen hoc tam diligenti Romanarum antiquitatum inuestigatori intēdere religio esset. Crediderim itaque scripsisse eū *ταρκυνίων ἐνὶ συνοικήσεισαν*: sed cum *ταρκυνίς* imperitus librarius descripsisset, nihilo peritiorē quendā sensus supplēdi causa vocē *παίδων* inseruisse. Nūc ad rē. Præterea vtēfilia mulieris & quæ in vsu ac ministerio eius erant, per puerū impuberem in vase operto gestari cōsueuerant. Puer Camillus: Vas ipsū Cumerum proprio nomine vocabatur. Varro lib. vi. de lingua Lat. Igitur dicitur in nuptiis Camillus qui Cumerum fert, in quo quod sit in ministerio plerique extrinsecus nectunt. Hinc Camillus nominatur in Samothraces mysteriis Dius quidam administer Diis magnis. Verbum Græcum arbitror, quod apud Callimachū in poëmatis eius inueni. Verba verò hæc imperitè sunt apud Sex. Pomp. aut Paulū eius Epitomes auctorem, non deprauata modo, sed & confusa, & permixta lib. iij. in quo ita est. Cumeram vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebāt, in quo erāt nubentis vtēfilia quod & Camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum *κάμιλλον* appellabant. Rectius verò alia parte Cumerum vas esse dicitur nuptiale a similitudine cumerarum quæ fiunt palmeæ vel sparteæ ad vsū popularē sic appellatum. Quod verò ad Camilli vocem attinet, apud eundem Sex. Pomp. lib. vi. traditur, Flaminium Camillum puerum dictum ingenuum patrimū, & matrimū qui Flaminii Diali ad sacrificia præministrabat. Camillósque ab antiquis ministros secundum nonnullorum sententiam omnes pueros appellatos: sicut habetur in antiquo carmine cum pater filio de agricultura præciperet:

*Hiberno*

*Hiberno puluere Verno luto grandia farræ Camille metes.* Macrobius lib. iij. cap. ix. ex Statio Tullian. de vocabulis rerū lib. i. ait Callimachum dixisse, Tuscos, Camillū appellasse Mercurium: quo vocabulo significabant præministrum deorū Vnde apud Virgiliū Camilla appellētur, Dianę scilicet præministra. Romanos quoque, pueros puellāsue nobiles, & inuestes, Camillos, & Camillas appellasse, Flaminicarum & Flaminum præministros. Nec non Seruius in libr. xi. *Æneidos*. Camilla, ait, quasi ministra dicta est. Ministros enim & ministras impuberes, Camillos & Camillas in sacris vocabant. Vnde & Mercurius, Hetrusca lingua, Camillus dicitur, quasi minister Deorum. Et vt symbolam quoque Græci auctores ad huius vocabuli explicationem conferant, Dionysius Halicar. lib. ii. Antiquitat. ex Romuli institutis, sacra quædam per mulieres celebrata, memorat: in cuiusque ministerij societatem etiam liberos vocatos. Orbis vero, & prole carentibus concessum, ex quaque tribu puerum, & puellam eleganti forma optare ac seligere, quò sacris ministrarent: puer quidem donec pubertatis annos attigisset: puella vero donec nupsisset. Idem adicit, quo munere apud Hetruscos, & antea apud Pelasgos in Curetum, & maiorum gentium Deorum mysteriis fungebantur, qui ab iis *καθαλοί* vocabantur: eodē functos apud Romanos, qui Camilli vocabantur: Sed & Plutarchus in Numa, *τὸν ὑπηρετῆνα τῶ ἱερῶ τῆ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα* Camillum dici tradit. *ὡς* ait, *καὶ τὸν ἑρμῆν ἔπος εἶποι τῶν ἑλλήνων κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.* Quæ eò pluribus, vt senescentis iam vocabuli, vetustate pæne obliteratedam significationem excitarem. Quinetiam asses tres ad maritum nubentes deferebant, vt apud Noniū Marcellum Varro scribit, quorum vnum quem in manu tenebāt tamquam menti marito dare, alium quem in pede habebāt in foco Larium familiarium ponere: Tertium in sacciperio in compito vicinali resignare solebant. Atque eo quem supra descripsi comitatu, nubentes ad mariti ædes accedebant. *Ædium* porrò fores floribus, & frondibus ornari consueuerant. Vnde Catullus in carmine de nuptiis Pelei. *Vestibulum vt molli velatum fronde viret*  
Iuuenalis Satyra vi.

F

*Longa per angustos figamus pulpita vicos  
Ornentur postes & grandi ianua lauro.*

Lauro quippe postes ornare tam in publicis quam priuatis gaudiis moris erat. Tertullia. A pologet. cap. xxxv. O nos merito damnandos. Cur enim vota & gaudia Cæsarum casti & sobrij, & probi expungimus? Cur die læto non laureis postes obumbramus? Plinius lib. xv. Natur. histor. cap. vlt. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, ianatrix Cæsarum, Pontificumque sola, & domos exornat & ante limina excubat. Latinus Pacat. in Panegy. Theodos. de publica quadam congratulatione tractans. Quid portas, ait, virentibus fertis coronatas, quid aulaeis tardates plateas, accessifque funalibus auctu diem? Rutilius Claud. Itinerarij li. i.

*Festa dies pridemque meos dignata parentes*

*Poste coronato vota secunda colat.*

*Exornent virides communia gaudia rami.*

Ex hoc vero more, Iuuenalis de muliere statim post nuptias diuertente, dixit.

*Ornatas paulò ante fores, pendentia liquit*

*Vela domus & adhuc virides in limine ramos.*

Statius Papin. lib. i. Syluar.

*Fronde virent postes, & feruent compita flammis.*

Claudianus lib. ii. de raptu Proserpinæ, quo apparatu, ea in thalamos Plutonis veniens excepta sit, narrans

*Pars, inquit, aulaea tenent, alij pratexere rami*

*Limina.*

Enimuero prò foribus ædium mariti, interrogatæ nubentes, quæ nam essent, Caias se esse respondebāt. Hoc ita auctor Epitomes lib. x. Valerij Max. scribit. Cæterum Caia vsu super omnes celebrata est. Fertur enim Caiam Cæciliam. Tarquinij Prisci regis vxorem, optimā lanificam fuisse. Et ideo institutum fuit, vt nouæ nuptæ ante ianuam mariti interrogatæ quænam vocarentur, Caiam esse se dicerent. Plutarchus plane in *ajtiōis*, eos qui nubentem introducerent ei verba hæc suggestisse testis est, Vbi tu Caius ego Caia: Quorum verborum eum esse sensum quidam existimabant: vbi tu dominus & paterfa. ego domina & materfa. vt quemadmodum Iureconsulti, in exemplis proponendis Caij Seij, & Lucij Titij:

Philosophi vero Theonis & Dionis nomina vsurpant, ita & in nuptialibus his cerimoniis, nomē Caiæ exempli causa fuerit visitatum. Aliis, Caiæ Cæcilæ nomini, quod ominis boni causa, vt iam ex Sex. Pomp. docuimus, nubentes frequentabant, morem hunc accepto ferendum esse magis placebat.

Certe Iureconsultos ridendi ea res Marco Tullio argumentum præbuit in Oratio. pro Muræna, Vt Caia, ait, quia in aliquius libris, exempli causa id nomen inuenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari. Quintilianus lib. i. Cap. vii. Nam & Caius C. litera notatur, quæ inuersa mulierem declarat: quia tam Caias vocitatas esse quam Caios ex nuptialibus sacris apparet. Postes verò ianuæ lana tangi a nubentibus adipeque vngi & oblini cōsueuerant. Vnde vxores quasi vnxores dictas Grammaticis placeat. Plinius lib. xxix. Naturat. histor. cap. ii. Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes a nubentibus his attingi iubentes. Ex quo illud Lucani nuptiarū quandam festiuitatem describentis, lib. ii. de bello Pharsal.

*Insulæque in geminos discurrit candida postes*

Plutarchus in *ajtiōis*, de noua nupta loquens *ἐπί τῷ δὲ*, ait, *τὴν ἴσταν καὶ εἰς τὴν τῆς αὐτῆς*. Donatus in ii. scen. Hecyr. Terentij. Vxor dicitur ab vngēdis postibus, & figenda lana, id est, quod cum puellæ nubent, maritorum postes vngebant, ibique lanam figebant. Seruius in iii. Æneidos Mōris, ait, fuit vt nubētēs puellæ simul ac venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur ornarent laneis vittis, & oleo vngerent: & ideo vxores dictæ quasi vnxores. Quæ verba, vt alia pleraque Isidorus suppresso auctoris nomine, in suā Etymologia <sup>a</sup> Lib. ix. logiarum ~~conuenientem~~ transcripsit. <sup>a</sup> Quod verò ad vnctionē <sup>cap. vlt.</sup> attinet, Plinius lib. xxviii. cap. ix. nouas nuptas adipe lupino postes inungere solitas, ne quid mali medicamento inferretur scribit. Inde Arnobius lib. iii. aduersus gentes. O egregianuminum, ac singularis interpretatio potestatum. Nisi postes virorum adipali vnguinē oblinerentur ab sponsis, & quæ sequuntur: vbi etiam vnxionibus iis deam Vnxiā præfuisse scribit. Quod cognomen antiquitatem Iunoni indidisse Martianus felix lib. ii. docet, in quo Philologia his verbis Iunonē affatur. Cum nihil contagionis corporeæ

sexu intemerata pertulerim, Iterducam & Domiducá, Vnxiám, Cinxiam, mortales puellæ debent in nuptias conuocare, vt earum & itinera protegas, & in optatas domos ducas & cum postes vngent, faustum omen adfigas. Vnctio ne peracta, noua nupta limen ianux tanfilibat, eoque modo in ades inducebatur. Religioni quippe habebant, si in transgrediendo mulier limen contigisset. Vnde Catul. in Carmine de nuptiis Iul. & Manl.

*Transfer, omine cum bono,*

*Limen aureolos pedes,*

*Rasilemque subi forem.*

Lucanus lib. II. de bello Pharsal.

*Turritaque premens frontem matrona corona*

*Translata vitat contingere limina planta.*

Plutarch. ἐν ἀίλοις, huius moris causas perquirens. Διὰ τι, ait, τὴν γὰρ μὲν ὄσον ἑῶσιν αὐτὴν ὑπερβῆναι τὸν (sic enim lege non τὴν) ἑδὸν τῆς οἰκίας, ἀλλ' ὑπερβῆναι οἱ ἀσπόμενοι. Cuius rei tres rationes adfert. Vnam quod Sabinæ à Romanis raptæ, eodem genere ac modo sint in ades introductæ. Hoc enim valent ea verba. πῶτερον ὁ τι παρὰ τῆς γυναικὸς ἀρπά (αὐτὴς ἔλας εἰσῆνεγκι αὐτῆς δὲ ὄσον) (ita enim veteres codices recte habent) εἰσῆλθον. Quam rationem idē auctor probat in Romulo, his verbis. Διαμένει δὲ μετ' ἐν τὴν νύμφην αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς μὴ ὑπερβῆναι τὸν οὐδὲν εἰς τὸ δωμάτιον, ἀλλ' ἀσπόμενον εἰσφέρεισθαι, ἀφ' ὅτου τὸ καὶ τὸ ἐκοιμήθη βιασθεῖσας, μὴ εἰσελθεῖν. Secundam huius obseruationis rationem idem auctor reddit, quod in eum locum in quo pudicitiam essent amissuræ, quodammodo inuitas & nolentes ingredi, virginali pudori consentaneum esset. Addit & tertiam, vt quas coacta ingressæ esset ades, eas non nisi inuitam eam egressuram ominarentur. Cuius rei demonstrandæ causa, in Beotia currus axem pro foribus cõburi solitum narrat, ἐμφάνοις, ait, δεῖν τὴν νύμφην ἐμμελεῖν: (nam ita legendum, nõ vt vulgo perperam ἐμβάμειν, non modo scripti codices sed & Latina versio docent) ὡς ἀνηρηδὸς τῆ ἀπάξουλος. Varroni autē placuisse Seruius in VIII. Virgilij Eclog. auctor est, ideo sponfas limen non tetigisse, vt ne à sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem, calcarent rem Vestæ id est, numini castissimò consecratam. At Isidorus lib.

IX. Etymolog. cap. vlt. nouas nuptas limen calcare vetitas tradit, quod illic ianux & coëant & separentur. Secundum quæ apud Plautum Casina suspenso gressu limen transgredi admonetur.

*Sensim, ait, super atolle limen pedes noua nupta*

*Sospes iter incipe hoc, vt viro tuo semper sis superstes.*

Iam ingredienti nuptæ clauēs dabantur ad significandam quemadmodum Sex. Pomp. explicat, partus facilitatem: vel quod magis est, vt significaretur ei rerum omnium domesticum, quæ clauibus concludi solent, cura ac custodia, tota denique domus ac rei familiaris administratio, dispensatioque permitti. Nam & ex diuerso cum illi nuntius remittebatur, clauēs adimebantur vt Cicero III. in Anton. Oratio. indicat, Mimam, inquit, exegit, clauēs ademit, res suas sibi habere iussit ex XII. Quem locum belle ac feliciter Petr. Victor. restituit. Atque adeo ἐκ τῆς κληδῶν ὑποβολῆς viro vxorem repudiare Romulus concessit, vt Plutarch. in eius vita auctor est. Hoc amplius, vt reliqua persequamur, in pelle lanata, quemadmodum a Sex. Pomp. traditur, noua nupta statuebatur, vel propter morem vetustum quo antiquitus homines pellibus erant induti, vel quò testaretur se lanificij officium viro præstaturam. Et hoc est quod Plutarch. ἐν ἀίλοις, ait, τὴν νύμφην εἰσάγειν, νάκος ὑποσφραγίσαι. Siquidē νάκος interprete Suida ἐπιτεχνὸν δέρμα significat ἢ τοὶ δὲρα παρὰ τῆς. & Helichius vocem νάκος, δερμασι παρὰ τῶν valere scribit. Sed & aqua & ignis nuptiarum sollempnibus adhiberi cõsueuerant. Hinc Scæuola noster. Die, inquit, nuptiarum priusquam ad virum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur. Sic enim rectius in Florentino Codice, quàm vt in aliis, Aqua & ignis acciperetur, scriptum esse Seruius huc quoque morè referens cõprobat, ad illud ex. IIII. Æneid. versum.

*Dant signum: fulsere ignes, & conscius ether*

*Coniugij:*

Vbi hæc Varronis verba ab eo recitantur. Aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie faces prælucent & aqua petita de puro fonte per puerum felicissimum, vel puellam quæ interest nuptiis, de qua solebant nubentibus pedes lauari. Apud Sex. Pomp. aut potius Paulum qui eum in Epitomè

infelicissime contraxit, lib. i. verba hæc leguntur. Aqua, & igni interdici solet damnatis, quæ accipiunt nouæ nuptæ: videlicet quia hæc duæ res maximè vitam continet. Et iterum. Aqua aspergebatur noua nupta, siue vt pura castaque ad virum veniret, siue vt igne & aquam cum viro comunicaret. Varro lib. iiii. de lingua Latina. Igitur, ait, causa nascendi duplex, aqua & ignis: Ideo ea, in nuptiis in limine adhibebantur, quod coniungit. Hinc & mas ignis quod ibi semen. aqua foemina, quod foetus ab eius humore & eorum coniunctione sumit Venus. Quam Varronis ratione Plutarchus. εν ἀγίοις his verbis exposuit. Διὰ πῦρ γὰμ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τῶν ἀπείραστον πυρὸς καὶ ὕδατος κελεύεισι. πῶτερον τῶν ὡς ἐν στοιχείοις καὶ ἀρχαῖς τοῦ μὲν ἀρρεν ἔστι τὸ δὲ θήλυ, καὶ τὸ μὲν ἀρχῆς κινήσεως ἐνίησι τὸ δὲ ὑποκειμένης καὶ ὕλης δύναμιν. Alias tamen ille huius moris rationes, quas commemorare nihil attinet, adfert. Illam vero quam ex Festo primum reddidimus, Ouidius lib. iiii. Fastor. amplexus est, cū de aqua & igni agens, ita scribit.

*An quod in his vitæ causa est, hæc perdidit exul*

*His noua fit coniunx, hæc duo magna putant?*

At Dionysius Halicarnasse, huius instituti originem à Romulo arcepsit lib. ii. Antiquitat. κατέλεξεν, ait, αὐτῆς ἐκ τῶν ἀγάμων ἀνδρῶν ἰσοριθμῶς οἷς αὐτοῦς συνήρμωτε κατὰ τῆς πατρὸς ἰσότητος ἐπίσμως ἔπι κοινωνίᾳ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐγγυῶν τῆς γάμους καὶ μέλει τῶν κατ' ὑμᾶς ἔπι μελέτην γρόνων. Accedat & Varronis testimonium ex li. ii. de vita pop. Ro. quod à Nonio Marcello refertur in verbo, Titione & in verbo Felix, sed vtrubique ita corrupte vt inde sensus nullus elici posse videatur. Sic autem restituendum censeo. Contra à nouo marito cum ignis è foco in titione ex felici arbore, & in aquali aqua allata esset. Quæ verba ad hunc solemnem nuptiarum ritum perspicuum est pertinere, vt in titione id est, fuste ardente, ignem, in aquali quæ vox vas aquarium significat, aquam à nouo marito allatam significant. Hinc vero respiciens Statius Papin. in Epithalamio Stellæ & Violatillæ, Musas ad eorum nuptias conuenientes, ignem & aquam gestantes facit.

*Procul, ait, ecce canoro*

*Demigrant Helicone Deæ, quatiuntque nouena  
Lampade sollempnem thalamis coeuntibus ignem.*

*Et de Pieriis vocalem fontibus vndam.*

Valerius Flaccus lib. viii. Argonauticor.

*Inde vbi sacrificas cum coniuge venit ad aras  
Æsonides, vnaque adeunt, pariterque precati  
Incipiunt, ignem Pollux, vndamque iugalem  
Prætulit.*

Eodem etiam respexisse videtur Claudianus lib. ii. de nupt. Proserp. cum ait,

*Confessus socerum nimbis Hymenæus hiulcis*

*Intonat, & tristes firmant conubia flammæ.*

Hic commodè, Cœnæ nuptialis, silentio minime prætermittendam mentionem subiici posse, & verò debere existimo: qua oppipare ac laute acceptos conuiuas fuisse, facile quis vel me tacente intelligeret. Plautus Curculio. Act. v. Sc. penult.

*Tu vt hodie adueniens cœnam des sororiam*

*Hic nuptialem cras dabit.*

Rurfus Sc. vlt.

*Tu miles apud me cœnabis: hodie fient nuptiæ.*

Cicero lib. ii. Epist. ad Q. fr. Pridie idus hæc scripsi ante lucem. Eo die apud Pomponium in eius nuptiis eram cœnaturus. Iuuenalis Sat. vi.

*Ducendi nulla videtur*

*Causa, nec est quare cœnam, & mustacia perdas.*

Sueton. in Calig. cap. xxv. Alij tradunt adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem contra accumbentem. Noli vxorem meam premere: statimque e cœniui abduxisse eam secum. Auson. in Epist. ad Paulin.

*Natalis si forte fuit sollempnis amico*

*Coniugioque dapes, aut sacra Repotia patrum.*

Has epulas geniales, Claudianus lib. ii. de Raptu Proserp. vocat. Extat vtiq; in Symposiac. Plutarchi caput, quo tractatur Διὰ πλείους ἐν γάμοις ἔπι τὸ δειπνόν καλεῖσιν. Leges sane sumptuarias quibus effervescentes Romanorū luxuriæ æstus coerceretur, nuptiis aliquid indulgisse, & de præscripta victu ac cœnarum tenuitate remississe accepimus. Lex siquidem Licinia cum in certos quosdam dies centenos æris impendi permisisset, nuptiis ducenos indulgit. Lex vero Iulia quæ ad

populum Cæsare Augusto imperate peruenit, profestis diebus ducentos finit, Calendis, Idibus, Nonis & aliis quibusdam festiuis, trecentos. Nuptiis autem & Repotiis H. S. milies esse concessit, quemadmodum Gellius lib. II. cap. XXIII. refert. Vt autem nuptiis apud virum coenabatur, ita sponsaliorum nomine conuiuium præberi sponso a puellæ parentibus consueuisse, nõ male mihi videor ex his Ciceronis verbis conicere quæ sunt lib. II. Epist. ad Q. Fratrem. Ad VII. Idus April. sponsalia Crafsipedi præbui. Huic cõuiuium puer optimus Quintus tuus, meusque, quod perleuiter cõmotus fuerat, defuit. Satagebant profectò veteres vt quàm maxima populi frequentia, celeberrimoque, prout ipsi loquebantur, officio nuptæ deducerentur. Sueton. in Calig. cap. XXV. Liuiã Horestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperauit. Idem in Nero. cap. XXVII. de Sporo agens, Cũ dote, ait, & flammeo per sollempne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se, pro vxore habuit. Quintilianus Declamatio. CCCVI. Aspice illam virginẽ quã pater tradidit, euntem die celebri comitante populo. Eaque ratione feriis publicis & festis diebus virgines cõtra atq; viduas minimè nup sisse Plut. *ἐν ἀγίοις*, scribit, *ὅτι τοῖς μὲν παρ' ἑνοῖς καλὸν μὴ ὀλίγων, ταῖς δὲ χήραις ἀσχερὸν πολλῶν ὄντων γαμῆσαι.* Enimvero Carthagini maritis nouis multa fuisse conuiuia obeunda, sed, & sportulas ciuibus erogandas Apulcius Apologia pro se ipso secunda indicat. Quorum sumptuum molestus vt superfederet, in suburbana se villa potius quàm in oppido vxorem duxisse profitetur. Tibiã vtique nuptialibus festiuitatibus interuenisse, non pauci auctorũ loci declarant. Plaut. Calsina. Age tibicen dum illam educunt hũc nouam nuptam foras.

*Suauī cantu concelebra hanc plateolam.*

Terentius Adelph. Act. 6. Sc. VII.

*Verum hoc mihi mora est.*

*Tibicina & Hymenæum qui cantent.*

Et mox.

*Missã hęc face*

*Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas.*

Cicero aut Cornificius lib. III. Rethoricor ad Herenn. De parte

eius matrimonij commouebant? (aut, vt aliàs, commonebãt) Nam hic omnis sanctimonia nuptiarũ, vno signo tibiæ intelligitur. Apulcius lib. III. de Afino aur. Iam feraliũ nuptiarum miserimã virgini Choragiũ struitur. Iam tedæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessunt, & sonus tibiæ zygia (ea enim recta est, quam & Beroaldus amplectitur lectio) mutatur in querulum Lydij modum. Claudianus in Epithalamio.

*Dicant peruigiles carmina tibiæ.*

Præterea Talafsionem in nuptiis Romanos non secus atque Græcos Hymenæum inclamare consueuisse sciendum est.

Vnde Martial. Epigr. LXIII.

*Quid si me iubeas Talafsionem*

*Verbis dicere non Talafsionis.*

Idem lib. XII. Epigrammat.

*Nec tua defuerant verba Talasse tibi.*

Quam acclamationem ex eo inoleuisse, Liuius lib. I. auctor est, quod in Sabinarum raptu, virgo vna longe ante alias specie & pulchritudine insignis a globo cuiusdam Talafsij rapta fuerit: multisque sciscitantibus cuiam eam ferrent deducendam, ne quis violaret, Talafsio eam ferri clamitatum. Qua de causa vocẽ hanc nuptialẽ factam, & ad posteros indermanasse Plutarchus quoque in Romulo & in *Ἀπιδυ* libro censet. Eusebius etiam in Chronico secundum B. Hieronymi versionem. Sabinę, ait, raptæ anno ab vrbe condita tertio, & vna virginum pulcherrima, cunctorum acclamatione rapientium Talafsio duci Romuli decernitur. Vnde in nuptiarum sollempnitatibus, Talafsio vulgò acclamitant, quò scilicet talis nupta sit, quæ Talafsium habere mereatur. Hanc eãdẽ acclamationis huius nuptialis rationem Seruio quoque placuisse video, qui superioribus consentit ad eum versum lib. I. Aeneid.

*Pergama cum peteret inconcessoque*

*Hymenæos*

Nonnullis tamen, ad lanificium vocis huius originem causamque referendam esse, videbatur. Qua in sententia Varro nem fuisse Sex. Pomp. testatur, Talafsionem, inquit, Varro ait signum esse lanificij. Talafsionem enim vocabãt qua-



fillū qui alio modo appellatur calathus: vas utique lanificiis aptum. Itaque Plutarch. ἐν αἰτίοις inter ceteras decantati in nuptiis Talafsionis rationes hanc primo loco ponit. πότερον ἄπο τῆς παλασίας καὶ γὰρ τὸν πάλαρον πάλασιον ὀνομάζουσι. Quæ verba concilius quàm par esset interpres ita conuertit. An propter lanificium quod quasillum vocatur? Plenius quippe ita verti debuit. An propter lanificium? Etenim calathum Talantum nominant. Sed quid quæso sonat dictio πάλαριον? Equidem Romanam eam fuisse vel Latio donatā nusquam reperi. Interpres eius loco, κασσυλλοῦ, legisse videtur. Quæ quidem vox pura puta Latina est, vel ipso Seruio teste, qui in II. Eclog. Virgilij quem Græci κέλαθον vocant, Latine quasillum dici admonet: citatque illud Cicero. Philippic. At vero inter quasilla pendatur aurum. Sed ad Talafsionis originem nequaquam vox ea accedit, ac ne adludit quidem. Sunt quibus pro πάλαριον, legendum videatur κέλαθον. Quod probare non possum, tum quia Calathus vox Græca est & ut Eustath. in V. Iliad. IX. ac X. Odysl. scribit, ἄπο τῶν κέλων ἦτο, ξύλων κελουειδῶς θεῶν ἢ γηραδύων nomen inuenit: Tum quia Talafsionis origini non magis quàm quasillum respondet. Ego vnius ad huius vulneris medelam. Sex. Pompei opera uti nos posse censeo, qui in eo quem supra produxi loco, priscos Romanos quasillum Talafsionem vocasse scribit: quod tamen vocabulum vetustatis situ obrutum est. Ac proinde apud Plutarchum inepto παλάριον nomine expuncto, παλασιόνα vel παλάσιον reponendum opinor. Necessè est enim si auctoris mentem sartam tectamque seruare volumus, παλάριον vocem Græcam Romana aliqua ex qua Talafsionis vox fluxisse ac mansisse sono ipso iudicetur, pensare: παλάριος porro & παλασία & παλάσιος vocabula Græca sunt. Quorum posteriora duo valdè corruptè apud Suidam non quidem auctoris, sed librarij vitio exposita lector offendet. Illic enim παλάσιον ἔργον ἢ ἱερουργία, παλασία ἱερουργία, παλάσιος ἱερουργος vitio sissime definiuntur, quando quidem ad lanificium non ad sacrificium hæ voces pertinēt. Ideoque, ἱερουργία & ἱερουργος pro recta interpretatione reponi debent. Quod Hesychius consultus satis comprobabit; Quamquam hic error manifestior est quàm ut cuiusquam auctoritate conuincendus sit.

Plane inter τῆς γυναικωνιδῶς σκευῆ, παλάριος καὶ κέλαθος, Pollux lib. V. Onomast. numerat. Notat & Hesychius κέλαθον, γυναικείον σκεύος εἰς ἐρίων παράθεσιν, significare. Sic apud Virgil. lib. VII. Æneid.

*Non illa colo, calathifusæ Minervæ*

*Fœmineas assueta manus.*

Ouid. lib. II. fastor.

*Ante torum calathi, lanaque mollis erat.*

Aliàs, tam παλάριος quam κέλαθος τυροκομείον significant, ut ex Polluce lib. I. cap. XI. & lib. VII. cap. X. & Eustathio in III. Iliad. liquet, qui παλάριον vocè inde deducit quod πάλας ἦσι τλήμων εἴη πρὸς τὸ εἶργειν τὰ ἐπιθήμενα. Inde apud Virgil. lib. III. Georgic. Seruus Calathos vasa ænea exponit quibus lac vel recens caseus in urbem distrahitur. Ceterum, ut hunc locum cōcludam, lanificiis priscas matronas valde deditas fuisse, præcipuamque his curam & operam impendisse constat. In fœdere certè inter Roma. & Sabinos percusso lex hæc atque conditio dicta est, ut volentes nuptæ apud viros quibus coniunctæ erant, manerent, omnium operum ac munerum vacationem, præterquam lanificij habituræ, ut est a Plutar. in Romulo memoriæ proditum. Inde Iuuenalis Sat. VI. veterum mulierum continentiam ac temperantiam prædicans,

*Et vellere, ait, Tusco*

*Vexat æ, duræque manus.*

Cuius moris tot sunt a D. Tiraquello, altero nostri seculi Varrone in lib. de Legib. conubialib. congesta testimonia, ut multitudo sua lectorem pænè obruant.

Enimvero nuces a nouis maritis iaci & pueris spargi consueuisse indicant Catullus & Virgilius. Ille siquidè in carmine de nupt. Iul. & Manl.

*Ne nuces, inquit, pueris neget*

*Desertum domini audiens*

*Concubinus amorem.*

*Da nuces pueris iners*

*Concubine: satis diu*

*Lusisti nucibus.*

Virgilius verò Ecloga. VIII.

*Sparge marite nuces: iam descriit Hesperus Octam.*

De cuius moris causa, parum video inter veteres conuenisse Varro quidem, teste Seruio ad eum Virgilij quæ modò protuli, verum, spargendarum nucum hanc esse rationem putabat, vt Iouis omine (ita quippe legi rectius credo, quàm omne) matrimonium celebraretur: vt noua nupta matrona esset, sicut Iuno. Nam nuces in tutela erant Iouis. Vnde & iuglades vocatæ, quasi Iouis glandes. Quod ab Isidoro quoque lib. xvii. cap. vii. notatum est. Illud vulgare fuisse idem Varro tradiderat, idcirco sparsas nuces, vt a rapiētibus pueris fieret strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possēt audiri. Aliis placuit ea id gratia factum, vt se puerilibus omnibus ludis renuntiare, & iuuenilia cuncta ludicra relinquere maritus eo iudicio testaretur. Quo sensu Persius dixit.

*Et nucibus facimus quæcumque relictis*

*Cum sapimus patruos.*

At Plinius diuersam reddit, quintamque insuper perstringit huius moris rationem, lib. xv. Natur. histor. cap. xxii. Nuces; ait, Iuglandes quamquam & ipsæ nuptialium Fescenninorum comites multum pineis minores vniuersitate, eadem portione, ampliores nucleo. Nec non & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiofas, tot modis foetu munito. Quod est verisimilijus quia cadendo tripudium sonumue faciunt. Nubētibus utique, prætextis depositis, a multitudine puerorum quos ad eam celebritatem frequentes conuenisse nemini dubium est, obscœna clamabantur, versusque mollicie ac lasciuia diffluētes, maxima, nec vlli reprehensionem obnoxia licentia occinebantur. Quos versus Fescenninos vocabant, siue quod ex vrbe Fescennina allati essent, siue quòd Fascinum arcere putabantur. Seruius in vii. Aeneid. ad ea verba,

*Hi Fescenninas acies.*

Fescenninum scribit oppidum esse Campaniæ, vbi nuptialia carmina sunt inuenta. Seneca lib. iiii. Declamatio. de seruo loquens qui dominæ nupserat. Inter nuptias, inquit, & Fescenninis in crucem generi nostri iocabantur. His enim versibus liberè & ioculariter multa in sponfos, sponfasque iaciebantur. Catullus in Epithal. Iul. & Manl.

*Ne diu taceat procax*

*Fescennina locutio.*

Varro Agathone vt est apud Non. Marcellū. Pueri obscœnis verbis nouæ nuptulæ aures restaurant. Quæ verba, quantum coniectura adsequi possum, ad argumentum quo de agimus pertinebāt. Martia. Capella li. ix. de nupt. Philolog. His Hymenæo diutius velut Fescennina quadam licentia personante, geminanteque crebrius. Seneca in Medæa Choro primo.

*Hinc illinc iuuenes mittite carmina:*

*Festa dicax fundat conuitia Fescenninus.*

Claudianus in Epithalamio.

*Dicant peruigiles carmina tibiæ.*

*Permissisque iocis turba licentior,*

*Exultet tetricis libera legibus.*

Ausonius in Parecbasi Centonis nuptialis. Haftenus castis auribus audiendum mysterium nuptiale ambitu loquendi, & circuitione velauit. Verum quoniam Fescenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantiam notus vetere instituto ludus admittit, cetera quoque cubiculi & lectuli opera prodetur. B. Hieronym. in Epist. ad Demetr. de Virginit. seruan. Quam habitura pronubam? Quo deducenda comitatu? Stridor Punicæ linguæ procacia tibi Fescennina cantabit. Idem in Epist. ad Gerontiam. Responde mihi carissima in Christo filia. inter ista nuptura es? Quem acceptura virum? Cedo fugitium an pugnaturum? Quid vtrumque sequatur intelligis: & Fescennino carmine terribilis tibi rauco sonitu buccina concrepabit, vt quas habeas pronubas, habeas forte lugētes. Erant autem Fescennini versus ioculares, incompositi, rudes, qui temere alternis iaciebantur.

Horatius lib. ii. Epistol.

*Fescennina per hunc inuecta licentia morem.*

*Versibus alternis opprobria rustica fudit.*

Liuius lib. vii. Nō

sicut ante Fescennino versui similem, incompositum, temere ac rudem alternis iaciebant. Atque huius nominis versus in Pollionē scripsisse Augustū Macrobius li. ii. Saturn. ca. iiii. auctor est. Interea vero lectus nuptialis componebatur. Eum autem proprio nomine Genialem quasi generalem appellatum Seruius in vi. Aeneid. ostendit: Geniales scribens eos



proprie esse lectos qui puellis nubentibus sternuntur, dictosque ita à generandis liberis. Cicero pro Cluentio. Lectū illum genialem quem biennio ante filix suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni expulsa atque exturbata filia iubet. Apuleius libr. x. de Asino aur. Et mulierem quam dixit propter multiforme scelus bestiis esse damnatā, meisque præclaris nuptiis destinatā, & torus nuptialis noster futurus accuratissimè desternebatur. Lectus Indica testudine perlucidus, plumea cōgerie tumidus, veste serica florid⁹. Idem. lib. ix. Quæ suo pudore postposito tori genialis calcato foedere larem mariti lupanari maculasset infamia, Toga vero sterni lectos & maritorum genios aduocari cōsueuisse, Arnobius lib. iiii. aduersus gentes mores vetustate oblitteratos recēfens, testis est. Et hinc fortasse sacri genium lecti Iuuenalis Sat. vi. dixit. Etiam hoc addam quod nisi à B. Augustino nō semel detectum esset, ac libens suppressissem, super Priapi fascinum nouam nuptam cōsidere iussim. Quemadmodum ille lib. vii. de ciuitat. dei. cap. xxiiii. ad fi. & apertius lib. vi. cap. ix. scribit his verbis. Sed quid hic dicam, cum ibi sit & Priapus nimis masculus: Super cuius immanissimū fascinū federe noua nupta iuebatur, more honestissimo ac religiosissimo matronarum. Quam obscenitatem perstringere credo Lactantium lib. i. de falsa religio. cap. xx. cum ait. Et Mutinus (vel ut quidam codices habent Tutinus,) in cuius sinu pudendo nubentes resident, ut illarum pudicitiam prior Deus delibasse videatur. Ita quippe lego, non sicuti vulgò scriptum est, deliberasse. Priapo vero ut ne foeda hæc veterum impietas intacta relinquatur, genitale membrum cū falce affingebāt, quo & pueros & aues in hortis, quibus præesse credebatur, terreret. Virgilius in Copa.

*Est tuguri custos armatus falce saligna*

*Sed non vasto est inguine terribilis.*

Tibullus Eleg. i.

*Pomusque ruber custos ponatur in hortis.*

*Terreat ut sana falce Priapus aues.*

Columella lib. x.

*Sed truncum forte dolatum*

*Terribilis membri, medio qui semper in horto*

*inguinibus puero, prædoni falce minctur.*

Auctor Priapeor.

*Priape quod sis fascino tentus graui.*

Et aliàs

*Soles sacrum reuinctus pampino*

*Ruber sedere cum rubente fascino.*

Pleni sunt testimoniorum, poetarum libri: quibus omisis, ad exitum festinans, quod superest expediam. Nuptā deinde in lecto pronubas collocasse sciendū est. Donatus in Terentij Eunuch. ad ea verba.

*Deinde eam in lecto collocarunt.*

Verbum hoc, ait, propriū est, & adscribitur pronubis. Quo in significato verbum hoc in Catulli versibus quos statim proferam obseruandū est. Idem Donatus in i. Æneid. pronubas in obsequio nubentium fuisse tradit. Lampridius de Heliogabalo. Nupsit & coit, ut & pronubā haberet. Claudianus lib. ii. de Raptu Proserp.

*Ducitur in thalamum virgo: stat pronuba iuxta*

*Stellantes nox picta sinus, tangensque cubile*

*Omina (Sic enim lego) perpetuo genitalia foedere sanxit.*

Ad huiusmodi autem officium, spectatæ pudicitæ mulieres & quæ vni dumtaxat viro nupsissent, adhibebantur: quò matrimonij perpetuitatem, quemadmodum Sex. Pomp. auctor est, auspiciarentur. Vnde Catullus in Carm. de nupt. Iul. & Manl.

*Vos vniis senibus bonæ*

*Cognitæ bene feminae*

*Collocare puellulam.*

Tertul. in lib. qui exhortatio ad castitatē inscribitur. Monogamia apud Ethnicos in summo honore est, ut & virginibus legitimè nubentibus vniura pronuba adhibeatur, & sic auspiciij initium sit. Sed & B. Hieronym. in calce libri primi aduersus Iouinian. Vnicubas semper habuisse inter gentiles matronas decus merito dicit: per illasque solas fortunæ muliebri sacra fieri consueuisse. Eodemque libro quæ fuerit alienarum à religione nostra mulierum de secundis nuptiis opinio, multis exemplis accuratè conquisitis docet.

Atque hæc sunt Nuptiarum, omnia quæ quidem a me non

incuriose legendo veterum scripta obseruare, potui sollēnia De quibus in genere apud Tacit. lib. xi. fit mentio, cum inquit. Cuncta nuptiarū sollempnia celebrat. Et lib. xxii. Necdum celebrare nuptiarum sollempnia audebant. Sic etiam pōpam & nuptiarum celebritatem accipe in Theodos. & valētinia. constitutione. <sup>a</sup> Ob eamque sollempnium multitudinē credo a Cicero. lib. vi. de Repub. dictum fuisse firmiter maiores matrimonia stabilita esse voluisse. Quę verba a Prisciano lib. xv. referuntur. Postridie vero nuptiarum apud nouū maritum coenabatur, & quia quasi instauraretur, redintegra returque potatio, eum diem Repotia, Sex. Pomp. teste, appellabant. Horatius lib. ii. Sermo. Sat. ii.

<sup>a</sup> in l. si  
dōationē  
C. de  
nupt.

*Ille repotia, natales, aliosue dierum*

*Festos albatu celebrat.*

Sumptibus certē qui in eos dies fierent modum legibus sumptuariis statutū Gellius li. ii. cap. xxiiii. memorat. Meminit & Repotiorum Aufon. in eo Epistolę ad Paulinum quem paulo ante rettuli loco. Hinc hodiē que (etsi hoc erit fortasse durius: sed tētemus, & lusisse putemur si nil sit) in quibusdam Aquitanix regionibus, eum diem qui nuptias cōsequitur, Repentalia nominant, non tam a pœnitentia, quam corrupta voce a repetita potatione, quasi Repotalia. A Gręcis eū diem *ἑπαύλια* vocari Pollux lib. iii. Onomast. testis est. Repotiorū certe vocabulo pro repetita & iterata crapula Apuleius Apolog. i. vsus est. Nouę autē nuptię munera a cognatis & propinquis mittebantur. Eaque sunt Nuptialia munera apud iurecōsultos. <sup>a</sup> At apud Cicero. pro Cluentio Auito, & Apuleiū lib. vi. de Asino aur. Nuptialia dona ea accipiēda sunt, quę ante cōtractas nuptias, mulieri a viro offerebātur. Postridie vero nuptiarum noua nupta libertatem auspicans vxoriā in domo viri rem diuinam faciebat, vt est a Macrobi. lib. i. Saturn. cap. xv. proditum. Atque hic huius libri finis esto.

<sup>a</sup> in l. i. §.  
præterea  
D. de tu-  
tel. et rat.  
dist. l. tu-  
tor secū-  
dū D. de  
admini-  
stra. tur.

FINIS.

